





1733, 15  
29.  
A6

DISSERTATIO IN AVGVRALIS JURIDICA,

DE

# JURE CIVITATIS ERFVRTENSIS SINGVLARI,

QVAM

MAGNIFICO VNIVERSITATIS RECTORE,  
*PRÆNOBILI ET CONSULTISSIMO*

DN. TOBIA JAC. REINHARTH,

JCTO, SACRI PALATH CÆSAR. COMITE, JVRID. FACVLT. ASSESSORE,  
ET PROFESS. COD. PVBL. ORDIN. CIVITAT. STNDICO

ET CONSULE,

EX ILLVSTRISS. ORDINIS JCTORVM  
AVCTORITATE ET PERMISSV

P R Ä S I D E

FACVLTATIS JVRIDICÆ DECANO,

DN. CONRADO WILH. Stredfer/JCto,

PRÆFATÆ FACVLT. ET JVD. ELECT. PROVINC. ASSESSORE, PROFESSORE  
JVRIS PVBLICO, NEC NON CIVITATIS STNDICO ET CAVSA-

RVM TVTELAR. CONSULENTE,

PRO GRADV DOCTORIS

ET SVMMIS IN VTROQVE JURE HONORIBVS AC PRIVILEGIIS  
DOCTORALIBVS RITE CAPESENDIS,

P V B L I C O E R V D I T O R V M E X A M I N I

IN ELECTORALI PERANTIQVA HIERANA

AD DIEM XXVI. OCTOBris, A. M DCC XXXIII.

IN AUDITORIO JCTORVM MAJORI HORIS CONSVENTIS

S V B M I T T E T


AVTOR

JOHANN. CAROL. Schneider/dict. Weismantel/Erf.

MOGVNT. REGIMINIS ILLVSTR. ERFVRT. ADVOCATVS.

EFRFVRTI, Typis JOH. CHRIST. HERINGII, Acad. Typogr.





REVERENDISSIMO  
ET  
ILLVSTRISSIMO DOMINO,  
DOMINO  
**A N S E L M O**  
**FRANCISCO**  
**ERNESTO,**  
L. B.  
**DE WARSBERG,**  
ECCLESIARVM METROPOLITANARVM ET  
CATHEDRALIVM MOGVNTINÆ, TREVIRENSIS ET SPIREN-  
SIS CANONICO CAPITVLARI, ET RESPECTIVE PRÆPOSITO  
AC CHORI-EPISCOPO, EMINENTISSIMI ET CELSISSIMI PRIN-  
CIPIS ELECTORIS MOGVNTINI CONSILIARIO INTIMO, AC  
CIVITATIS TERRITORIIQUE ERFVRTENSIS PRO-PRIN-  
CIPI, RELIQUA.

**DOMINO MEO GRATIOSISSIMO.**

REVERENDISSIME ET ILLVSTRISSIME  
PRO-PRINCEPS,  
DOMINE GRATIOSISSIME.



Primitus mundi & antiquitatis incunabulis religione probatam, & omnibus ferè gentibus sanctam fuisse sacrificiorum oblationem, non nisi illos latet, qui hospitem planè ex historiarum monumentis retulere animum. Licet vero non negandum sit, hunc sacrificandi cultum multorum idolorum matrem fuisse fæcundissimam, uti, ut alios præteream, de veteris memoria Germanis id ipsum constat, qui Thuistoni & Mercurio Diis, cooperante pravâ imagina-

ginatione excogitatis sacrificarunt : Quapropter & paganismi nocte penitus dispersa, Christianismique aurora orbem collustrante, hic sacrificiorum cultus idolis exhibitus, ut crimen laesa verae divinae Majestatis, ultimos egit natalis : Attamen quod ejusmodi generis hostia, si Diis terrestribus & Imperantibus dedicando vel consecrando aliquid pie offertur, gentilismi mores sapient, quilibet sae rationis compos negabit. Specimen inaugurale de Jure Civitatis Erfurtensis singulari, publica mihi jam exponenti censura venit in mentem, hanc antiquissimam consuetudinem in ipsa Christianismi meridie imitari, & praesentem laborem TIBI, REVERENDISSIME ET ILLVSTRISSIME DOMINE PRO-PRINCEPS, ut Erfurtensis territorii Deo terrestri sacrificare atque nuncupare. Majores quippe mei in hoc solum laudis & famae fundamenta querentes, ut sua officia tam S. Sedi Moguntinae, quam Revendissimo Capitulo devotissime & subjectissime præstarent, una cum sanguine, indestituentem ardorem, illorum vestigia premendi, mihi ingenierarunt. Evidem lubens confiteor, paginarum tenuitatem tanti neutiquam esse pretii, ut conspectu TVO, REVERENDISSIME ET ILLVSTRISSIME DOMINE PRO-PRINCEPS, dignæ, aut NOMINI TVO ILLVSTRISSIMO, hostia instar consecranda censi queant. Virium vero imbecillitate majora denegante, ad interio-

intiorem cordis devotionem respiciens, fiduciâ humili-  
mâ suffultus, nullus dubito, TE, me, meaque voluntatis  
conamina, gratosissimo aspectu beatum, hancque in  
humillima submissione oblatam hostiam non plane abje-  
cturum esse. Suscipe ergo REVERENDISSIME AC  
ILLVSTRISSIME PRO-PRINCEPS, conatus hosce  
meos, fronte gratosissimâ, quâ omnes excipere consuevi-  
sti. Ceterum ardentissimas ad supremum numen fundo  
preces, ut TE, GRATIOSISSIME PRO-PRINCEPS AC  
DOMINE omni favore celesti paternè amplectatur:  
me vero tam beatum reddat, ut tandem in exactissimâ  
gratosissimorum jussum humiliam observantiam, usque  
ad limina aeternitatis perseverare possim,

REVERENDISSIMI ATQVE ILLVSTRIS-  
SIMI PRO-PRINCIPIS AC DOMINI  
MEI GRATIOSISSIMI,

devotissimus ac humiliimus servus  
et cliens insimus,

JOHANNES CAROLVS Schneider dict.  
Weißmantel.



## PROÆMIVM.



Uamquam rerum principio omnia;  
quæ à benignissimo numine in  
utilitatem generis humani condi-  
ta reperiuntur, communia fuere,  
omniumque usui promiscuo pa-  
tuere, vid. Dn. PUFFENDORF. de  
J. N. & G. Lib. IV. c. 4. §. 5. sqq.  
hac etiam simplicissimâ & sanctâ  
communione Germani diu & in sera secula stetere:  
Attamen communione ut matre discordiarum relicta,  
ex post quilibet pro libitu terras occupavit, sibique  
adpropriavit: vid. TITII obser. in Puffendorf. tr. de of-  
fic. hom. & civ. obs. 278. & 285. Hinc dominium & supe-  
rioritas territorialis, hinc Status Imperii. conf. TITII  
Specim. Jur. Publ. Ejusd. Tr. de Supremat. Princ. & Dn. de  
KVLPIIS. de Legat. Stat. Imper. Superioritas itaque ter-  
ritorialis, quæ in vernacula die Landes- Fürstliche O-  
brigkeit. R. A. de ann. 1548. §. 41. & 66. alias die Landes-  
Hoheit und Herrlichkeit & in R. A. de ann. 1555. §. 16. 35.  
& 40. it. R. A. de an. 1559. §. 21. die Ober- Bothmäßig-  
keit, vid. Instr. Pac. Art. V. §. 14. n. 42. auditur: est sum-,,

A 2

ma

„ma potestas, tam in ecclesiasticis quam politicis Statibus Imperii in personas & res territoriorum suorum competens, nisi restrictio vel lege publica, aut pactis cum subditis initis, adpareat. v. Dn. à RHET. in J. F. Publ. Lib. II. tit. I. §. 10. & licet LIMNÆVS in J. Publ. Tom. IV. p. 629. ait: Die Landes-Fürstliche Obrigkeit sey vor Alters im Reich ein ganz unbekant Ding gewesen, und sey ein neuer foedus nostri Seculi: Veruntamen prolatæ hæc sententia quoad verba & nomina S. T. indicantia tantum procedere videtur: Terminus enim superioritatis novior quidem est Superioritate territoriali, dignitas vero Statuum Imp. ipsa S. T. antiquior v. HERT. Diff. J. Publ. Vol. I. P. 2. & sufficit S. T. vel titulo allodiali vel feudali acquisitam esse ab antiquo. v. ITTER. de Feud. Imp. c. 8. §. 32. it. Dn. de LYNCKER. Diff. de S. T. p. m. 7. sqq. secundum quam Status Imp. German. in territoriis suis plus possunt, quam Imperator in toto Imperio: Sic inscio Cæsare LL. condunt, easque subditis suis promulgant: vid. J. Pac. Art. IIX. §. Gaudeant. quod in Imperatore haud procedit: Consensu quippe Statuum Imp. neglecto, sanctio Imperatoris aliqua ut lex Imperii minime valet. v. Dn. de EYBEN. Diff. de origine Regul: Tantum posse Status, quam Imperator Sc. à RHET. d. I. Lib. 2. T. 24. §. 16. CARPZ. de L. Reg. c. 5. Seß. I. n. 19. cont. MEV. P. 3. Dec. 305. §. Diff. JAC. BRVNNEM. de fæderib. PP. cum exter. §. 1. sqq. Germani enim libertate maximè addicti: nam regno Arfacis acrior Germanorum libertas TACIT. de M. G. c. 37. n. 6. legibus Imperii absque manifesto damno in omnibus ac singulis provinciis gubernari haud potuerunt,

runt, tum ob locorum ac climatum diversitatem, tum ob incolarum mores & virtutes discrepantes, tum ob insignes temporum ac dominiorum mutationes, quippe quod leges ad Rempubl. non Respubl. ad LL. accommodari debeant: Sic & LEHMANN. in *Chron. Spir.* c. 21. p. 337. & Dn. CONRING. de orig. Jur. testatur, Germanis ab antiquo jura particularia condere, permisum fuisse, quod hactenus continuo usi, observantia & Juris autoritate in tantum munitum ac corroboratum est, ut in causis & negotiis privatis quilibet Status Imp. Germ. LL. sancire possit, juri Romano & Recessib. Imp. (quatenus scilicet jus privatum continent) licet contrarias: v. KNIPSCHILD. de Jur. & Privil. Civ. Imp. Lib. II. c. 10. n. 33. MEV. Conf. 100. n. 45. sqq. Dn. THOMAS. Diss. de Jur. PP. LL. ferend. contra Jus comm. Ex quo aperte sane sequitur: Quod subditi Statuum magis etiam adstricti sint ad LL. Provinciales, quam Imperii servandas, imo & illae in decidendis causis & concipiendis sententiis Juri communi & Imperatorio praefreruntur: Itaque hodie Cameræ Imp. Judex & Assessores, dum recipiuntur, jurare debent: quod non tantum secundum Imperii Constitutiones, sed & secundum justa & honesta Statuta ac consuetudines locales: Nach redlichen, erbaren und Ländischen Ordnungen, Statuten und Gewohnheiten: judicare, decidere, ac in causis ad illos devolutis, pronunciare velint. vid. ORD. CAM. P. I. T. 57. BE SOLD. Thesaur. Præf. voc. Land Recht. CARPZ. d.l. c. 9. Sec. 1. n. 4. § 5. quodque R. A. de an. 1654. §. 140. sequentem in modum confirmat: Es sollen Cammer Richter, Präsidenten und

Beyssizere, bei Administrirung der heylsamen Justiz, sowohl die Statuten und Gewohnheiten, als die gemeinen Rechte vor Augen haben, und wohl beobachten. Hinc etiam Eminentissimus ac Celsissimus Legislator noster in Ordin. Process. noviss. Tit. 1. §. 3. clementissime sanxit: So haben auch Stadtchultheissen und Assessores über die Thurfürstlichen Constitutiones, insonderheit über die Gerichts-Ordnung und Statuta zu halten, in denen übrigen andern Fällen aber, welche in obigen Verordnungen und Statuten nicht exprimit und decidiret sind, nach dem Jure Comunii, und zuförderst denen Reichs-Abschieden gemäß, zu sententioribus, und sich durch wiedrige Präjudicia keinesweges, die künftige Casus betreffend, verleiten zu lassen, conf. Dn. BERGER in Oecon. Jur. p.m. 34. Statuta autem vel Jus locale, seu leges provinciales L. 1. §. 1. de Constit. PP. L. 3. §. 5. de Sepulchr. violat. & Civitatis propriæ L. 21. §. f. ad Municip. L. 9. de J. & J. germ. Land- oder Stadt-Recht, Weichbild, Willkür, vid. BESOLD. Th. pr. b. voc. 105. sunt Jus, quod quisque Imperii Princeps vel Status suam intra ditionem ac provinciam sancit, ac proprio motu, vel expressâ vel tacitâ iussione & sanctione. V. PEREZ. ad Tit. C. de offic. Jur. Alexandr. n. 7. & 8. constituit. conf. Dn. STRVY. Synt. J. Civ. Exerc. 2. th. 42. & strikti juris sunt L. 3. §. 1. ff. de Negot. gest. eaque strictè interpretanda, nec ultra verborum proprietatem producenda L. 99. ff. de V. O. WESENBECK. P. IV. Conf. 179. ita tamen, ut quoad fieri possit, à juri communi haud recedatur. WERNHER. Observat. Vol. I. P. I. Obs. 282. n. 8. Casus idcirco in statutis omissus in dispositione juris com-

communis permanere debet L. 6. ff. de condic. caus. dat.  
 L. 3. C. de Institut. & Subst. Ordinat. Process. Erf. all.  
 loc. conf. WESEN BEC. d. l. Conf. 179. n. 3. Statuta quip-  
 pe ipsa secundum jus commune interpretanda sunt.  
 WESEN BEC. d. l. conf. 191. n. 12. Notatu digna ergo sunt  
 „verba HVNNII Encycl. Jur. univ. P. I. tit. 3. c. 1. Illos  
 „qui aliquando in foro, in Cancellariis ac Dicasteriis ver-  
 „sari volunt, summam in illis exacte cognoscendis &  
 „indagandis diligentiam adhibere debere, cum turpe sit  
 „Patricio & Nobili causas peroranti, jus illius loci, in quo  
 „versatur, ignorare, per L. 2. §. 43. ff. de Orig. Jur. Cete-  
 rum hac de re conf. ALBERIC. de Statutis. HOLSTEIN  
 de privilegiis Statutorum & Consuetudinum. ALTERAN. &  
 MASCARD. de generali Statutor. interpretatione. BETSIVS  
 de Statutis &c. His præmissis, doctrinam PAVLI JCti  
 „in L. 25. ff. de Liberat. legat: Ea nimur plenius esse at-  
 „tingenda, quæ quotidiana sunt, & usum in vita huma-  
 „na præstant, securus: atque cum mihi nuperrimè ab  
 Illustrissimo ac Consultissimo Juridicæ Facultatis Col-  
 legio, exantlatis feliciter examinibus, licentia disserta-  
 tionis inauguralis publicè proponendæ, concessa fue-  
 rit, ex aliis hanc: De Jure Civitatis Erfurtenis singula-  
 ri: in communi vita & foro frequentissimo pariter ac  
 utilissimo, selegi materiam. Si quæ vero, Lector Be-  
 nevolentiss. minus pro dignitate exculta videantur,  
 temporis brevitati aliquid imputes, aliquid vero inge-  
 nii viribus, condonare negaveris, quæso, præterquam,  
 quod monente passim IMPERAT. JVSTINIAN. in L.  
 2. §. 14. L. 3. §. 13. & 16. C. de V. J. E. triste illud morta-  
 litas habeat privilegium, ut aliquantis per hoc casu pec-  
 care

care liceat. Tu denique, Summe Jehova! cujus auctoritate inchoare unicè fas est, L. 2. pr. C. de offic. Praef. Protor. Afric. proposito largire gratiam, meliorem ut habeat ex voto progressum, inque Tui gloriam & Reipubl. emolumentum vergat, atque optimum & expectatissimum nanciscatur finem.

## CAPVT I.

*De civitate & oppido Erfurtenſi, ejusque ortu, finibus & natura regionis, nec non de civium moribus & bonis fortunæ.*

### §. I.

Definit. civitatis. Erfurt,

Finis civitatis.

**A**ntequam destinata componantur, consultum esse arbitror, de Civitate nostra Erfurtenſi quædam praemittere. Civitas quasi civium unitas itaque Erfurtenſis, quæ & metropolis Thuringiae ac urbs pacis seu pacifica v. Dn. GUDEN. hist. Erfi. Lib. I. n. 13. HOGEL. bolog. hist. Ep. II. Period. II. S. 2. Sec. XIII. ad an. 1270. auditur, est persona moralis seu societas multarum domorum ac familiarum, variorumque Collegiorum licitorum inter se unitorum, ad felicitatem, utilitatem & securitatem mutuam inita, atque Archi-Episcopo, Principi Electori, & S. Sedi Moguntino devotissime & obsequiosissime subiecta. conf. Dn. BOEHMER. J. Publ. univ. PVFFENDORFF. de J. N. & G. Lib. VII. c. 2. §. 15. & c. 7. & 8. CONRING. Diss. de Cite & Civitate in gen. consider. §. 31. Finis enim civitatum est benè & feliciter vivere: CICER. ad Attio. XI. Lib. IIX. ARISTOT. Politi. L. 3. c. 6. finis vero omnium civium est publica utilitas, & defensio statutus publici: Quicquid ager quæque virtus, id à communitate,

te, charitate atque societate humana non abhorrebit. CICERO.  
*de Finib.* L. V. quicquid Reipublicæ utile est, semper & ubi-  
que dignum favore censetur. VLPIAN. in L. I. ff. solut. matr.  
plus augendo bono publico, quam privato censui studere de-  
bemus: publica enim utilitas præferenda est omnibus L. I. §.  
f. C. de Caduc. toll. Nov. I. de hered. & falcid. pr. & patriæ vitam  
„& spiritum debemus; non nobis solum nati sumus, ortusque  
„nostri partem patria vindicat, partem amici, sed cum omnia  
„ratione animoque lustraveris, omnium societatum nulla est  
„agror, nulla charior, quam ea, qua cum Republ. est uni-  
„cuique nostrum: chari sunt parentes, chari liberi, propin-  
„qui, familiares: sed omnes omnium charitates patria una  
„complexa est, pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere,  
„si ei sit profuturus: & paulò post: Sed si contentio quædam  
„& comparatio fiat, quibus plurimum tribuendum sit officii,  
„Principes sunt, Patria & Parentes &c. uti concinnè sane phi-  
„losophatur CICERO. L. I. de offic. V. PVFFENDORF. de J. N. &  
G. Lib. VII. c. 2. §. 13. Cives itaque seu municipes dicuntur,  
qui in municipiis jus civitatis habent, ac suffragiorum, ho-  
norum & onerum sunt participes v. L. I. §. I. ff. ad municip. &  
de incol. STRUV. S. J. C. Ex. 50. Tit. I. th. 48. primum enim Rei-  
publ. nascimur, deinde parentibus & propinquis. A. L. I. §. 15.  
Et generaliter ff. de ventr. in poss. mitt.

## §. II.

Missa secundum jus nat. v. PVFFENDORF. de O. H. & C. Quare parum  
L. II. c. 6. §. 10. civitatis & civium definitione, quam philo- de origine ur-  
sophicè perscrutari, hic pro superfluo habetur, optandum fo- bis nostre  
ret, ut POLYBII consilium Lib. I. bift. 12. nimirum: „ut intel- constet.  
„ligatur ingenium gentis, natura, conditio, fortuna regionis,  
„omnium superiorum temporum fata serenitate repetenda  
„sunt, quo possit liquidò judicari, undenam populi singuli, &  
„quomodo & à quibus profecti &c. & in praefentiarum sequi  
postremus: cum LIVIO vero dolere cogimur: „Datur hæc ve-  
nia antiquitati, ut miscenda humana divinis, primordia ur-  
bis angustiora faciat. „Etenim nulla extant documenta ab  
ipsis Thuringis, qui vel literis caruere, vel nihil annotationi

mandavere, confecta, quibus antiquitatis obscuritatem endare valemus: imo testamur cum Ammiano Marcellino Seculi IV. Scriptore, de eruditis suorum temporum referente: eorum nonnullos tam ignaros fuisse, ut nunquam se codices habuisse, meminerint, & si in circulo doctorum veteris auctoris inciderit nomen, pescis aut edulii peregrinum vocabulum esse, arbitrati sunt. vid. JOH. BODIN *de Republ. Lib. V. c. I.* HACHENBERG. *Germ. med. Diff. VI. de Stud. veter. Germ.* accedit rabies bellantium ac spoliantium, nec non incendiis, prae-primis cum an. MCCCCCLXXII. forum glastarium vulgo der Anger, ædesque Gleichianæ & templum St. Bartholomæi, una cum antiquissimis & rarissimis documentis periére, conjuncta barbaries ac saevitia, ubi & illa notanda venit, quam infama plebs contra studiosos an. MDX. heic loci excitavit. v. Dn. GVDEN. d. l. p. 200. qua aliorum pretiosissimorum documentorum nobilia Academæ MSCta. lacerata, diruta ac combusta: Haud igitur negligentia tribuendum, quod monumenta nobis deficiant, quæ urbis nostræ natales edocerent; dolendum potius, illa interiisse. Ubi ergo scriptis non licuit, conjecturis usi sunt urbium descriptores. Nos itaque eadem via incedere cogimus.

## §. III.

## Causa originis,

Cum omnium gentium bene inter se constituta jura aut consensus fecerit, aut consuetudo firmaverit. L. 40. ff. de LL. verisimile est, civitatem nostram Erfurtanam eandem originem habuisse, quod ex historicorum monumentis sufficienter colligi licebit. Summa quippe necessitas, qua gentes coegerit ad tantas sibi constituendas civitates, ipsis oppidis anfam dedit, quod ex Sacris Literis non minus vid. Gene. c. 4. v. 14. & 17. quam & plurimorum Doctorum autoritatibus deducitur v. KNIPSCHILD. *de Jur. & priv. Civit. Lib. I. c. 22.* n. 117. neque posterioribus seculis aliam atque diversam gentes ad ædificandas civitates impulsse causam invenimus: consideratis enim eorum temporum moribus, facile erit comprehendere, propriæ securitatis ac custodiae rerum gratia eò tandem deuentum esse, quodque plurimis exemplis passim defum-

desuntis demonstrat BODIN. c. I. Lib. III. c. 7. CONF. PVFFEN<sup>d</sup>  
DORF. d. I. Lib. VI. c. I. §. 4. fgg.

## §. IV.

Latus hic se aperiret excurrendi campus, si in singu-  
los gentium mores animadvertere, earumque gentium indo-  
les recensere vellemus: sed potius est, ut ad Germanos cur-  
sum flectamus, & in eorum vivendi rationem inquiramus,  
quo eò felicius ad Thuringiam & Erfurtum nostrum argu-  
mentari poterimus.

## §. V.

Libertate maxime dediti Germani, de quibus TACITVS Status German-  
de M. G. c. 16. retulit: „Nullas Germanorum populis urbes ha- nor. vetutissi-  
bitari, sati notum est: inquit: ne pati quidem inter se jun- mus, liberi-  
cas fides, colunt discreti ac diversi, ut fons, ut campus, ut tamen  
„nemus placuit &c., Urbes ita aversatas fuere, ut circumda- turbulentissi-  
ta retribus lustra illas nominare non erubuerint. v. AMMIAN. bus initia de-  
MARCELL. Lib. XVI. c. 3. CONRING. de Urb. Germ. urbesque dit.  
vi occupatas deseruere, ne contra primævam suam liberta-  
tem, veluti feræ sylvis inclusæ, habitare cogerentur, imo mu-  
nitarum civitatum muros solo æquarunt, ne viribus earum  
freti, otio torpescerentur, vel si vincerentur, absque mora au-  
fugere possent: LEHMANN. Chron. Spir. Lib. I. c. 5. Cum au-  
tem quisquis sibi Jūdex, nullum nisi in armis Judicium quæ-  
rebat, omnemque litem sive fortitudo sive potentia dirime-  
bat, nec hoc magis ex nefario & adsueto more, quam certo  
quasi inter eos constituto Jure, quod Faust. Recht adpellita-  
bant, licitum astimabatur. add. RITTERSHVS. P. Feud. Lib. I.  
c. 17. §. De origine & DAN. OTTO in J. Publ. c. 19. quodque adeò  
invaluit, ut nec Imperii Sanctionibus penitus eradicari potue-  
rit: edita quippe Constitutione Friderici I. de Pace tenenda  
& ejus violatoribus II. F. 27. & gravi sub poena repetita in  
Tit. „de Pace tenenda inter subditos & Juramento firmando,  
„& de poena Judicibus apposita, qui eam vindicare & Justitiam  
„facere neglexerint. II. F. 53. vix illam petulantiam coercuit,  
cumque adparuisse, quod his invasionibus tam subito medi-  
cina fieri haud possit: omnis enim obediendi lex tum tempo-  
ris

ris in Imperio exaruerat v. Dn. DE LUDWIG. in A. B. ad Cap. 15.  
 Attamen hic turbulentus status, qualem PÈVCERVUS in vita Rudolph. Habip. p. m. 48. accuratè pluribusque describit, posterioribus Imperatoribus, relictâ quadantenus Italia, tandem à refractariis pœniis sumptis, sensim in securum & pacificum formatus est. v. infr. Cap. II. Sect. I. §. 2. conf. SPENER. in Syllog. geneal. bish. p. m. 67. & AHASV. FRITSCH. de Jur. Fortal. c. 2. n. 7. & non longè post excessum Caroli M. rebus suis consoluerunt, & ut à frequentibus aliorum irruptionibus tuti essent, pluribus vicis coadunatis, vel multitudine, vel mœniis se defendebant, nec non in cœmeteriis & burgis valde munitis, murisque instar propugnaculi cinctis, in pagis, & vicis non nullis per Thuringiam præsertim exstructis, ut adhuc passim cernimus, veluti asylum quærebant.

## §. VI.

*Conjectura de  
ætate urbis  
Erfurt.*

*Unde Erfurt  
dict.*

Sed quam ubi tandem nostræ ætatem tribuendam, operæ pretium nunc indicasse, existimo: Ex præmissis itaque evinatur, ante Secul. IX. nullas vel saltem paucas in Germania extitisse urbes: Scriptores quippe bellorum Caroli M. cum Saxonibus gestorum, qui nec minutissimas recensendo omisere circumstantias, nullius oppugnationis, nec ullius urbis, burgorum licet quorundam, vicorum, & locorum muris non cinctorum, quorum certè alia ratio est. v. CONRING. d. Urb. Germ. Ob. 78. §. 22. mentionem fecerunt. Veritati itaque historicæ apprimè sanè respondit præsumtio, moribus antiquissimis aptissima: Erfurtum nostrum à fluvio urbem circumdante & transeunte Gera, quondam Jera dicto, hujusque vado seu trajecto von den Fluss der Gera und den über dieselbe gehenden Furth, & natales & nomen accepisse: Hinc Gersfurth postea Erfurth dicemus oriundum. Et hujus denominatiois derivationem aprius illa procedere autumo, dum quidam adfert, quod populi Germanie à fluvio nostro Gera & Germanico vocabulo Mann nominati fuissent Germani, à fluvio quippe tam exiguo, tam magna gens nomen trahi, impossibile ferè est. Similiter & TACIT. bishor. L. ult. pr. Iudeos à monte Ida dictos fuisse, minus commodè tradit. Illudigitur clarum

clarum est, ita, ut Decania Schilderoda & Brühlethi, nec non  
tabernæ mercatorum in ripam Geræ exstructæ, potiores par-  
tes initii urbis nostræ efficerint, adhuc hodie enim inhabita-  
tur das Sd ilgen frequentatur das Brühl & familia in foro  
Glastario, vulgo der Anger dict. florent; insuperque hodienum  
molendinum extat die Furth, jam Fährtgens Mühle nuncupa-  
tum. Nec nobis defunt Chronographorum autoritates: Sic  
enim sentit MATTH. DRESSERVS de præcip. Germ. urbib. pag.  
224. sq. Erfurdia Duringie metropolis ad Jeram flumen, à quo  
etiam nomen accepit, sita est - - postea vero Jerefurdia appella-  
ta, quasi Jerevadum. Et DAV. CHYTRÆVS in Saxon. Lib. VI.  
pag. 167. dicit: Populatissima Thuringie metropolis Erfordia, ad va-  
dam Hieræ fluminis, unde & nomen habet. Quodque M. SEB.  
SCHROEDER in hislor. tot. terrar. orbis, imprimis vero noe German.  
Sc. Cap. 4. pag. 147. ita habet: Metropolis Thuringiae est Er-  
furdia ad Jeram flumen, à quo etiam nomen accepit, sita. Qui-  
buscum etiam consentit LAVRENT. Peccenstein Part. 3.  
Theatr. Saxon. Sc. Ubi pag. 183. ait: Es seynd die vornehmsten  
gelehrtesten Historici der Mevnung, daß solcher Nahme von  
dem durch- und vorben fliessenden Wasser der Hieræ oder Erfæ  
gegeben, und Jerefurt, quasi Jerevadum der Stadt zugewach-  
sen, darbey ihs auch bewenden lisse. Nec non Dn. GVIDE-  
NVS in hisl. Erfurt. pag. 3. ibi. „Præprimis pinguis gleba, quam  
„Gera eo loci humectat, ubi colles in planitem utrinque re-  
„cedunt, agricultas invitavit, illi fluminis commoditate cam-  
„pisque inducti ad Geræ vadum prope collem, cui arcem aut  
„venaticam domum Rex Thuringorum Meroveus imposue-  
„rat, tuguria figunt, hinc Gerfurdia hodie Erfordia surrexit.  
Quo supra allegatus locus TACIT. de M. G. c. 16. plurimum  
etiam facit, dum de Germanis refert: colunt discreti ac diversi,  
ut fons, ut campus, ut nemus placuit. Quare plerasque Germania  
urbes vel à fluviis, vel haec nostra, vel fontibus, vel cam-  
pis, vel Sylvis nomen accepisse, non malè putavit PHIL. CLV-  
VERIVS. German. antiqu. Lib. I. c. 13. His ergo praefunctis,  
opinioni Dn. SAGITT. viri alias consumatissimi, assensum pra-  
bere haud possumus, dum in Antiquitat Regni Thuring. Lib.  
II.

II. c. 6. §. 11. dicit. Daher wir diese Meynung billig fahren lassen, und gänzlich davor halten, daß die Stadt Erfurth von einem Menschen der Erp, oder Erff gehießen, solchen Nahmen überkommen, und von ihrem ersten Ursprung an, bis auf diese Zeit beständig behalten habe. & in sqq. §§. inquirit, an dictus Erp, seu Erff, fuerit molitor, an nobilis, an Comes, tandemque §. 21. concludit: Hierbei aber ist noch in reisse Erwegung zu ziehen, daß auch der Nahme Erpoin und etwas kürzer Erwin ein sehr alter Nahme sey: & paulo post. So erwehnet auch FREDEGARIVS in seiner historia Francorum c. 37. eines Graven Erpini. Weil nun dieser Nahme Erwin von undenkllichen Zeiten in der Gräflichen Gleichischen Familie im Gebrauch, ja fast der älteste ist, den man darin findet, dieses Gräfliche Geschlecht aber von uralten Zeiten und Seculis so viele hohe und grosse Gerechtigkeit an der Stadt Erfurth gehabt, sollte man wohl auf die Gedanken gerathen, daß es ein solcher Grav oder Herr gewesen, der die Stadt Erfurt zu bauen angefangen, von dem die Gleichischen Graven ferner entsprossen und sich ausgebreitet, so daß Erfurt von Erwinstadt den Nahmen haben könnte. Hæcque in histor. Com. Gleichens. MSC. L. I. c. 1. circ. fin. (quam in suis antiquitatibus Ducatus Thuring. Lib. IV. c. 4. §. 8. edere promisit.) sequentem in modum repetit: dum ait: Ja es gerathen einige gar auf die Gedanken, daß die Stadt Erfurth ihren Nahmen von einem Graven von Gleichen Erwin genant, welcher alda seinen Rith und Firth durch die Gera gehabt, möchte bekommen haben, also daß aus Erwinstarth erstlich Erfiens Firth, und nachmahls kurz und zerbrochen Erfurt wäre gemacht worden. Vorum hujus derivationis, in emulationem forsitan excogitatæ, censuram alius relinquo, ac denique addo, quod quidem in vetustissimis literis & documentis vocabulum seu nomen Erfurt vario scribendi modo, scriptum reperiatur, hæc tamen nostram sententiam neutiquam infringunt, cum nonsolum barbaries temporum, bene etiam exterorum scribendi ratio probè attentanda.

Natales urbis  
Erfurt.

### §. VII.

Praelibata nominis Erfurt derivatione, nunc ad urbis nostræ

nostræ ætatem progredior : Erfurti itaque natales circa me-  
 dium Sæculi quinti conditas fuisse, confido, quibus alia atque  
 alia post ædificia suère adjecta, quæ urbis faciem ferè præfer-  
 re poterant: neque enim ad securitatem, neque ad commo-  
 da vita alia, quæ causæ civitatum sunt, locus alias aptus esse  
 videtur, qui montibus, aquis, & fontibus undique ferè cin-  
 etus, & tantum non profrus sepultus est, interjacet : & hic  
 Taciti dictum d. l. colunt discreti ac diversi, ut fons, ut campus,  
 ut nemus placuit : robur addit : Situs etiam quò multum in-  
 vicem distant Decaniae prælaudatae: Schilderoda, Bruhlethi,  
 & tabernæ mercatorum, ac universa facies, antiquitatem  
 prodere videntur, quippe d. l. structuram Germanorum  
 sequentem in modum in memoriam revocat: Germani, inquit:  
 vicos locant non in nostrum morem, connexis & coherentibus adifi-  
 ciis, suo quisque domum spacio circumdat, sive adversus casus ignis  
 remedium, sive insectis adificandi. Temporibus postea sequenti-  
 bus, præprimis Caroli M. Erfurtum nostrum ob fertilitatem  
 & amoenitatem situs nonsolum, benè etiam ob Christianis-  
 mum hic plantatum, felicissimo cum successu, ab imis in al-  
 tum & in Thuringiæ metropolin surrexit. Quibuscum ferè  
 „omnes convenienti Chronographi: Sic Autor. addit. ad Lam-  
 „bert. dicit: De hinc circa annum Domini 438. Clodii Regis  
 „Francorum tempore Erfordia initium. Et Dn. SAGITTAR.  
 „in antiqu. Regn. Thur. Lib. II. c. 8. inter plures adducit §. 10. se-  
 „quentes: ibi: Und in einen geschriebenen lateinischen Chroni-  
 „co steht: Anno Domini 438. Erfordia cœpit primitus funda-  
 „tri. Der Ephurdianus antiquitatum variloquus MS. meldet  
 „bald im Anfang eben dieses mit folgenden Worten: Anno à na-  
 „tivitate Domini CCCXXXVIII. Erphesfurdt civitas habuit  
 „initium, temporibus Clodii Regis Franckorum & Merwigi  
 „Regis Thuringorum. &c. Et in alio MSto Chronicō ita le-  
 „gitur: Anno Domini 438. tempore Clodii Regis Francorum  
 „& tempore Marcomedis (feu potius Merovei) Regis Thuri-  
 „gorum civitas Erphesfort initium sumvit., Ceterum illorum  
 presumptio haud contemnenda, qui Erfurto & Venetiis eos-  
 dem natales & progressus tribuunt, dum Tyrannus Attila  
 Hun-

Hunnorum Rex crudeliter saeviens, omnibus & universis metum quam maximum incussum, ita, ut hic & illic tuta essent, se partim in devias & sylvas, partim in loca jam dum fundata contulerunt & confugerunt, eaque munimentis fortificarunt: hinc Erfurtum & Venetia. v. HOGEL. *borolog. hist.* Epoch. II. Period. I. Sect. 2. Sec. V. ad an. 452. & Dn. GVDEN. *Hist. Erf.* p. 4. Piaculum tamen haud foret, si quis in primordiis urbis Erfurti indagandis, nihil certi statueret, dum & proferri & defendi possit: Erfurti natales ante Seculum quintum extitisse. Muri interim sero admodum, A. C. nimurum 1154. facti videntur: Cum, quod montes & Castellum Merwigsburg securitati sufficere viderentur, tum quod per tot montium anfractus & loca stercoreas eos ducere sumtuosissimi atque difficillimi operis esset: v. Joh. Bange in *der Thüringischen Chronic.* ibi pag. 59. sqq. ait: Erfurt usch Bischoff Comad von Mayns Anno 1154. bemauren, und machte eine Stadt daraus, mit einer schönen Mauern und Thürmen: Aber anno 1165. bekahm Landgrav Ludwig in Thüringen vom Kaiser Friderico Befehl, daß Er solte vor Erfurt ziehen, und die Mauren wieder nieder reisen, so auch geschah, welche vom Bischoff Christian her nach wieder gebauet worden. it. HVNDORP. in *Encom. Erfurt.* quod Dn. GVDEN. d. l. p. 21. Electori Mogunt. Sigefrido adscribit, dum tradit ibi: „Sigefridus urbem muro cinxit, turribus in circuitu positis, cum antea munimenti antiquissimo genere, sepibus & inscisiss arboribus se tutasset: „, hæcque ad an. 1067. refert. Ceterum, que ad describendam urbem, res gestas civium notandas, aliaque pertinent, scienter omittimus, partim quod à Dn. GVDEN. in sua hist. Erf. aliisque succincte & recte tradita sint, partim, quod in controversiam non veniant, ut adeo nostris commentariis non indigere videantur.

## S. VII.

Fines Erfurt. Hactenus existimo de ortu urbis Erfurti nostræ satis esse dictum, nunc me ad illius fines describendos accingam. Quam ampli igitur olim fines Erfurtensis Weichbildii, tam dispersi etiam fuere quondam limites totius diœcœlos: hi enim nec ab

ab oriente nec ab occasu, neque à meridie neque à septentrione in antiquis firmiter constituti ieperiuntur, sed pro numero cultorum occupabantur, qui vel amplificarunt agros, vel illos pro necessitate restrinxerunt, illud ergo STRABONIS Lib. VII. Georg. „Commune omnium est, qui in illis locis degunt, facilis & expedita sedium mutatio, vel ob tenuitatem, „victus, & quod neque colant agros, neque fructus recondant, „sed in casis degunt, structura in unum diem constantibus. Cibus ei à pecore plurimus, ut & nomadibus quorum etiam imitatione rebus suis incurritus impositis, facile cum pecore suo abeunt, quo visum fuerit. „ de nostris priscis Erfurtenisibus ad prime prædicari posse, videtur. Majores quippe nostri nondum illecebris corrupti, umbra arboris, vel intexto cespite contenti, non illis urbs: CONRING. de Urb. Germ. tb. 78. §. 21 fqq. non fixa sedes, nisi quod satorum spicas expectarent, post greges per campos & nemora virtutes suas circumtulerunt. Posteaquam homines incolæ usum & abusum rerum subditarum didicerunt, quæsiverunt non solum, quæ ad necessitatem vietus & amictus, sed & quæ ad voluptatem ac utilitatem conducunt, multiplicatisque hominibus, antiquissimæ artes agricultura & pastura cupiditatibus haud sufficere: Exinde communio ista simplex, vel expressæ, pacto scilicet, vel tacite, occupatione divisa. v. TIT. in Pufendorff. de O. H. C. ob. 278. §. 28. Fecit postea commoditas situs & labens per sinum fluvius Gera, ut pra ceteris Thuringiae oppidis Erfurtum nostrum creceret, uti §. ante dicitum, siue fines amplificati: Inde MAT. MARIAN. in Typogr. Sup. Saxon. pag. 75. §. rectè ait: Daz sie (Erfurt) das Haupt in Thüringen sey, und eine unter den grössten Städten in ganz Deutschland, so auch ein grosses Gebiet hat; daher die Bauren hierum sagen, Erfurt ist keine Stadt, sondern ein ganzes Land, daz ist, Erfurt ist nicht nur eine Stadt, sondern auch ein Land. Et ABR. SAUER de ea pag. 170. profert: Sie sev grösser als Cölln. Per Secula licet Erfurtenes fines suos amplificaverint, & modo hic modo illuc Castella, vicos & pagos occupaverint: attamen per varias calamitates, quo & inconsultæ donationes referendæ,

Districtus &  
Præfectura  
Erfurt.

termini eorum angustiores rediti sunt: Antiquos itaque mittimus, & præsentes curamus: Terminatur autem hodie dioecesis seu Provincia nostra Erfurtensis pagis nostris finitorum, & quidem versus orientem: Berstedt, Ollendorff, Orlstedt, Ulla & Mohra prope Vinarium: versus occidentem: Nothleben, Erchelborn, Walsleben, Dachwig, Stotternheim, Udestedi, und den Flecken Bargula & terris Saxo-Isenacensibus. Versus meridiem: Möbischburg, Schelleroda, Tondorff, Hohenfelden, Eletibach, Werningsleben, Kirchheim, Klein-Retsbach, Mühlberg, & terris Saxo-Gothaicis & Schwartzburgicis: versus Septentrionem: Andisleben, Klein-Brembach, und der Stadt Sömmerda & terris Saxo-Electoralibus. Districtus vero totius anfractus, duodecim milliaris circumit: hoc novem Præfecturæ continentur: nimirum: I. Das Stadt-Amt: ad quam Præfecturam XV. numerantur pagi: II. Das Amt Tondorff: è XII. pagis consistens. III. Das Amt Mühlberg: Duos tantum pagos: IV. Das Amt Vippach: quod arcem & pagum Vippach, & duos pagos comprehendit. V. Das Amt Sömmerda: cui urbs Sömmerda cum duobus pagis incorporata est: VI. Das Amt Bargula quam der Fleck Bargula solus efficit. VII. Das Amt Ahmannsdorff, è quindecim pagis composita. VIII. Das Amt Gispersleben è decem pagis contracta: Tandemque IX. Das Amt Alach, quam tredecim pagi perficiunt: Dn. GUDENVS igitur in hisl. Erf. p. 264. consulto ita scribit: *Amplissima urbi armis & pecunia dominium suum latè per Thuringiam auxerat, oppida, arces, comitatus, absoluta civitatis Imperia suspexere.* &c. Civitatem ipsam Elector Mogunt. Christianus an. 1172. in Parochias distribuit, cum antea lola B. M. Virg. esset omnium parochialis, hujus tamen divisionis vix rudera supersunt. v. Dn. GUDEN. d. l. p. 37. n. 14. Hodieque in quatuor partes: in partem nimirum I. Mariae: II. Andreæ, III. Viti: & IV. Johannis divisa; quæque singulæ à Parochiarum præfectis, qui beständige oder Eiserne Pfarr-Hauptleute, audiuntur, qui singulis annis è numero ciuium eliguntur, & mandato Senatus Civici civitatem nostram à malis & nocivis hominibus industria

duitria purgant, aliaque civitatis commoda e. g. cum custodes nocturnos constituant, ab iis studiosè curantur; Si ex praesente tempore institutum hoc astimandum, ejus necessitas & utilitas facile elucescat.

## §. IX.

Ipsum Erfurtum nostrum in praesentiarum nemoribus ad Natura diece. usum decusque castigatis, hortis, Castellis duobus, urbi pendis Erfurt, & contiguis St. Cyriaci & St. Petri dictis, fortificatione & ornatu, nec non vallis, multas Germaniae urbes superat. Terra, et si aliquando specie differt, artibus & copiis exculta, omnibus, qua ad victum, cultum luxumque pertineat, abundant. Feris, gregibus, equis, lana & frumento omni genere: Ager in planicie extensus, cultores immodica fertilitate remunerat; quicquid severis & plantaveris, ibi glebam suam inventum: Aniso, glasto, enico tinctorio, late dissipata gentes & maritimæ regiones, culinas autem censibus aliquot milliarium vicinia instruuntur; Cardamono fontium rivuli perferenti, & rapibus magnitudine exteris mirabilibus agri abundant. Nec infelix vinearum cultura: Vinum enim per Germaniam verè generosum, si austeros annos excipias, ad sanitatem commentarius, quod nec hepar incendat, nec pulmones conficiat, nec renibus invehat calculos, neque articulis tartarum, montes & colles, qui Erfurtum ferè circumdant, proferunt & portant: Quo autem annosius eò generosius vinum Erfurtense: Et fluvius Gera urbem transiens, & plateas rivulis undique humectans, piscibus omni genere multos Germaniae fluvios si non superat, tamen æmulari videtur.

## §. IX.

Clima nobis satis est amoenum, aëre purum, & homini-Clima Erfurt. bus etiam si patria non sit, saluberrimum: Populosam inde ab antiquo & semper & haec tenus fuisse ac existere Erfurtum, tot effusa examina, migrationes & diffidationes satis indicant, & præsens adspexit respondeat. Habitus corporum civium Civium Erfurt, mores, passim & olim majora corpora, stricti artus, lati humeri, firma latera, minax vultus, & major animi vigor. conf. Dn. GV-

DEN. d. l. n. 29. Civium mores hodiernorum sunt simplices, aperti, recti, constantes, hospitales, temperantes in vestitu & victu, laboris patientissimi, servitutis & prodigionis osores, nullisque mortalium fide cedunt. conf. TACIT. d. M. G. c. 14. usq. 27.

## §. X.

Lingua & flu-  
dia Erfurt.

Denique cives Erfurtenses omnes eadēm lingua ad modum Saxonice utuntur, diversa tamen dialecto, nisi quod omnia durius pronuncient communiter: Et quamvis Thuringi quondam armis magis dediti, quam studiis, literis tamen haud caruere, dum ethnici erant. v. OTTFR. WISENBVRG. in prefat. Eang. ap. Lambec. Lib. II. comm. de Biblioth. Vind. c. 5. pag. 426. & PFEFFERKORN in Thüring. Mercwürdigkeiten C. X. neque ingenii celeritas & discendi facilitas Erfurtensis. Academiam ini- bus defuit, ita ut jam dum anno MCCCLXXXIIX. alii 1392. tia. civitas se se Phœbo sacraverit, & Academiam Germaniae florentissimam fulserit, de qua ALSTEDIVS Encycl. p. 2764. refert: „Jacet florentissima olim Academia, quam Lutherus, qui pri- inam ibi lauream consecutus est, Paradisum Germaniae id æta- tis fuisse testatur, in qua Eobanus Hessus mille quingentos au- ditores habuit; quæ denique id fuit in Germania, quod Pan- nonia in Italia, mater scilicet studiorum.“, queque hodie pri- vilegiis haud vulgaribus ab antiquis fulget: Sic facultate quondam illuktri cum cera rubra signandi, quæ an. 1674. omni- bus ministris supremis concessa vid. ZAHN. de Jur. municip. & Jurisdictione tam alta quam bassa, seu superiori & inferiori ad- huc gaudet v. ANTH. MATTH. Diss. Utrum Rectoribus Academici ex Aytb Habita. C. Ne filius pro patre, competat, merum imperium. & dolendum, quod in tumultu anno MDX. à noviter inscriptis salarii excitato, Collegioque ut dicitur majori, auxilio plebis spoliato, in hoc enim studioſi asylum quæſivere, tot magna & pretiosa volumina, MSCta & documenta originalia periēre. v. Dn. GVDEN. l. c. pag. 200.

## §. XI.

Cerevisia Erf.

Potus civium, præter vinum, est cerevisia, è polenta hör- dacea & lupulo cocta, quo & veteres Germani teste TACITO.

d. M.

d. M. G. c. 23. usi fuere. Quod si illa debito modo sit præparata, probè defœcata, calida & nigricantis coloris, verè vini vicaria dicitur; æque enim calefacit, maximaque suppeditat nutrimenta, ratione lupuli & hordei obstructionibus lienis, hepatis, renum, malo hypochondriaco medetur, externe sedat dolores, contusionibus, luxationibus & tumoribus succurrit: Præterea lactantibus mulieribus admodum proficia est, pro uberiori lactis proventu, si in jusculis frequentior assumatur, plura vide sis in Dr. EYSELII *Diss. de Cerevisia Erfurt.* hic an. 1639. habit. Ceterum cives huic juri cerevisiam coquendi & braxandi gaudentes à concivis & mercatoribus, ut gradu honoratiores distincti, jus hoc ut feudum quasi mixtum, ab Electore Moguntino, Principe ac Domino nostro Clementissimo recognoscunt. conf. SCHOEPFFER *de Jure braxandi. P. I. c. 2. n. 350 sqq.*

### §. XII.

Præterea, præter modum coquendi cerevisiam per varia <sup>Commercialia</sup> Erfurt. artificia & opificia commercia hic, uti & alibi florere possent, sed quodammodo ea hodie jacent. An autem hoc Judæis, ut potè qui Erfordia non tolerantur, sed per spacium horæ hic commorantes solidum loco telonii solvere tenentur, adscribendum? maximè dubito: licet negandum non sit, alias Civitates, in quibus Judæi tolerantur, commerciis magis florere: ab anno tamen 1349. illi planè nobis sunt exules, & è civitate nostra, ob suspicionem & rationem non adeò fundatam ejecti: uti refert JOH. BANGE in *Chronic. Thuring.* p. m. 137. his verbis: In diesem Jahre war ein grosses Steiben in Hüttingen und sonderlich zu Erfurt waren alle Kirchhöfse mit Todten erfüllt sc. Und dieweil man die Juden verdächtig hielt, daß sie dieses Steiben etwa eine Ursach gewest seyn solten, daß man ihnen Schuld gab, sie hätten die Brunnen vergift, wurden sie alle die Fasten über zu Gotha, Isenach sc. erschlagen. In Erfurt wohneten dazumal 3000. Juden. Die andern ließen zusammen in ihre Häuser, stieckten sie an, und verbrannten sich selbst darinnen. Idem tradit MEIBOMIUS in *Cron. Comit. Schavenb.* Vol. II. p. 516. v. WAGENSEIL. in *Synopsi Geogr. Lib. II. c. 2.* ubi etiam

Judeos eruditè ab hisce & similibus imputationibus defendit: quæque Dn. GVDEN. d. l. p. 104. sq. ita profert. Ampla urbs commerciis hæc tenus creverat, sed numerosor Judeorum copia, portissimum lucrum retulit. - - - Cum ergo potissima opes his fodiibus affuerent, in omnium invidiam incidentur, Senatus etiam furorem plebis laxaverat. Incerta fama spargebat, puteos à Judæis injecto veneno corruptos, sufficiebat rumor ad crudele facinor, omnesque mortes huic toxicò imputabantur. Ad convicia primo ventum: mox concurritur, ipse Judeorum ædes obsecrare. Illi fores & aditus impedimentis obruiunt. Delinquentum multitudine spem impunitatis, hinc & licentiam auxit, admoveatur flamma, atque dominus unacum Judæis & opibus igne cremantur. Sex milia annis etatis & sexus occubuerunt. Altis Judeos ipsos, cum presentissima mortis pericula vidissent, ædes & cum iis sibi rogum succendisse dicunt, sperantes, flamman urbem invasuram, ut non soli interirent. Additque: Probabile est veneficium falso sparsum ab iis, quos pecunias mutuo dati sibi Judei devinxerant, ut sublati creditoribus, se quasi per compendium à nexu liberarent. &c. Interim tamen certis sub legibus & conditionibus iterum huc recipi & tolerari potuissent, ita, ut separatas suas à Christianis haberent rationes, & in suburbii, quo & eæ populosiores ac ornatores redderentur, ad exemplum aliarum urbium, iis peculiaris locus concederetur & assignaretur: hæc vero omnia à Clementissimo arbitrio Electoris Mogunt. Principis ac Domini nostri Clementissimi dependent. conf. Dn. JVST. HENNING. BOEHMEHRI Diss. de cuncta Judeorum tolerantia, nec non Dn. JAC. BRVNNEMANN. Diss. de incrementis urb. Germ. c. 3. §. 10. sqq. Pro causa posteriori, qua commercia nobis mediocriter florent, merito & potius reputanda integritas & simplicitas Thuringorum & civium Erfurtensium veterum: Eleganter hoc confirmat Dn. à SECKENDORFF. cuius verba ex ejus Statu Christian. Lib. II. c. 5. §. 1. adducere præter rem haud erit: ibi: Es ist gar glaublich, inquit: was die Historien/ wiewohl nicht gründlich und umständlich genug ( denn es mangelte selbiger Zeit an gelehrten und fleißigen Leuten, die etwas Rechts aufgeschrieben hätten ) melden, daß in den alten Zeiten Deutschland also bewohnet

net und gepfleget worden, daß die Nahrung hauptsächlich aus Ackerwerck und Viehzucht bestanden, und weil die Leute selbiger Zeit in Kleidung, Gebäuden und andern Dingen, aufs aller-schlechteste und einfältigste sich gehalten, haben sie auch ganz wenig Kunst und Handwercker becurft; Allermassen man noch in Nordischen Landen findet, daß die Einwohner auf dem Lande, nemlich die Bauten oder Ackerleute fast alles, was sie an ihrem Leibe und zu ihren Häusern und Geschiren bedürfen, aus allerley materialien selbst zu versfertigen wissen, und weder Schmiede, Wagner, Seiler, Schneider und Schuster gebrauchen. Et hec vivendi ratio simplicissima in Thuringia & metropoli nostra diu invaluit. Postquam autem opificia illa sex ceteris hic an-  
Opificia Er-  
tiquiora & majora nobis exorta: nimirum I.) Fabrorum, quod fuit,  
omnes illi veniunt, qui ferrum & es candens malleo eudunt:  
die den Hammer im Feuer führen II.) Pannariorum: Tuch-  
macher. III.) Textorum: Zeug- und Roschmacher it. Wollen-  
Kämmer & quondam Schaleuner. IV.) Lorariorum: Rie-  
mer und Saitler & quondam: Schilderer oder Mahler. V.)  
Sutorum: Schuster: VI.) Pilopecorum: Huthmacher: quo-  
rum singulorum magistrorum superiores quotannis noviter electi,  
à Domino civitatis Prætore, nomine Archi-Episcopi, Electo-  
ris & S. Sedis Mog. in pleno Judicij nostri Provincialis con-  
fessu Magnificentissimo, die lunæ post Festum S. Jacobi, Sanctis  
& baculo aliquo, vulgo mit Heiligen und Stab, ritumajorum,  
hoc fine investiuntur, ut malevolos suos sociatos in marcam  
argenti puri unam, & respectivè medium, mulctare possint:  
Der Obermeister kan auf Eine und resp. Eine halbe Mark lö-  
thiges Silbers hoch, darunter und nicht darüber straffen. Hocque  
ab antiquo: tum etiam commercia apud nos invaluere & flo-  
rere initium sumseré; tempus vero quo dicta incrementa  
cooperunt, omnes & nos latet: Sufficit & hodie quotannis  
apud nos tres nundinas solennes, & per spatium quatuorde-  
cim dierum florentes: nimirum primas post Festum SS. Tri-  
nitatis: Secundas, post Festum Nativitatis B. V. Mariæ, Bar-  
tholomaei quondam & vulgo dictas; & tertias post Festum S.  
Martini, celebrari.

## §. XIII.

## §. XIII.

Libertas &  
obsequium ci-  
vium Erfurt.

Nec nobis tandem hodie civium & rusticorum distinctio  
vetustissima, qua in nobiles & ministeriales, mancipia & ad-  
scriptitios abeunt. v. SAGITTAR. antiqu. Ducat, Thuring. Lib.  
IV. c. 15. §. 5. 6. & 9. usi venit: omnes enim hodie statu sunt  
& nascuntur liberi: hâc tamen distinctione notabili, quod alii  
qui præter libertatem etiam Nobilitate, Patriciatu, & Auto-  
ritate conspicua & magnifica: uti Consiliarii Electoris Mog.  
Assessores Judicij, Confules, Professores & Doctores: fulgeant:  
Imo & rusticci nostri, licet secundum Glossam, in L. Servis ur-  
banis 99. ff. de Legat. 3. pane albo, pullis & aliis delicatis ciba-  
riis uti non debeant, sed caſeo, cepis & fabis contenti esse te-  
neantur, in multis tam vieti quam vestitu civibus antecellunt.  
Interim in universum omnes Electoris Moguntini Principis  
ac Domini nostri Clementissimi & S. Sedi Mog. subditi Erfur-  
tenses sunt fidelissimi & obsequiosissimi, erga concives paci-  
ficè & amicè se gerunt, & salutem totius Civitatis publicam,  
propriis suis commodis, ut bonum civem decet, praferunt,  
suisque summa fide & industria funguntur. Civitatis quies &  
felicitas hinc inde maxima: quam Deus T. O. M. in ater-  
num servet!

## CAPVT II.

*De Legibus Erfurtensibus singu-  
laribus.*

## §. I.

Introitus.

**Q**uare de eo, quod justum est, seu de Jure, hac vice ge-  
neraliora præmittere nolim, ratio est, quia ea passim  
antea sunt nota atque obvia, & ex scriptis diuumvi-  
torum maximè in jure communi Hug. Grotii & Sam-  
Pufendorffii constare possunt. Sine ulla ergo verborum  
ambigibus rem ipsam & jura nostra provincialia, seu statuta-  
ria singularia aggredior: Hâc autem passim ex jure commu-

ni

203 (25) 50

ni Rom. declarantur, restringuntur, atque supplentur. v.  
CARPZ. P. 3. c. 20. d. 10. GAIL. L. I. c. 36. n. 14. BRVNNEM.  
ad L. 9. ff. de. J. & J. quod & analogiae Juris maximè con-  
gruit. JCTVS enim in L. 13. ff. de LL. inquit: *Quoties lege ali-  
quid, unum vel alterum introductum est, bona occasio est, cetera, quæ  
tendunt ad eandem utilitatem, vel interpretatione vel certe juris-  
dictione suppleri.* Quinimo non tantum id commodum est &  
utile, sed plaus necessarium: *Neque enim, ait JCTVS in L. 12.  
ff. cod. Omnes articuli possunt sigillatum, aut LL. aut SCtis compre-  
hbendi: Sed cum in aliqua causa sententia eorum manifesta est, is,  
qui jurisdictioni preeft, ad similia procedere, atque ita ius dicere de-  
bet.* add. L. 3. C. de LL. nec id tantum procedit in causis pri-  
vatis, sed & publicis & feudalibus. v. STRUV. S. J. Feud. c. 1.  
tb. 14. MYNSING. Obs. 76. n. 5. Nam salus Reipublicæ supre-  
ma lex esse debet: graviter certè ROM. PONTIFEX. in Cap.  
*Non debet de Consanguinit. & Affinitat.* Non debet, dicit, repre-  
bensibile judicari, si secundum varietatem temporum statuta quoque  
varientur humana, prasertim cum urgens necessitas vel evidens uti-  
litas id exponat, quoniam ipse Deus ex his, quæ in veteri testamen-  
to statuerat, nonnulla mutavit in novo. ubi enim evidens adeat  
utilitas, ibi etiam receditus ab eo jure, quod diu æquum viatum  
est. L. 2. ff. de Const. Prince. & quoties æquitate desiderii natu-  
ralis ratio moratur, toties iustis decretis res temperanda est.  
L. 85. §. 2. & L. 183. de R. J. Ratione LL. singularium ergo Er-  
furtensium ex veniunt Constitutiones singulares, quæ ab Ele-  
ctore Mogunt. promulgatae, contra vel prater ius commune,  
& de causis & personis civium Erfurtensium disponunt. conf.  
STRUUV. S. J. Civ. Ex. 2. Tb. 26.

## §. II.

Quoniam autem judicium, quod est legitima Judicis in-  
ter litigantes de re controversa disceptatio & dijudicatio, L.  
11. Qui dar. C. Tutor. & Curat. L. 1. ff. de re judic. aliud est ecclesia-  
sticum & aliud seculare. Ideo breviter & succinctè hujus tan-  
tum singularia Erfurtensia frequentiora attingere luet: quip-  
pe quoad regimen circa sacra hic ferè nihil singulare occur-  
rit, sed ratione Augustanae confessioni additorum ( Pfinci-  
pes

pes enim Evangelici in territoriis suis superiorem non  
 agnoscunt: *Non Imperatorem, utpote qui jus circa sacra non  
 usurpat; sed quoad Romano-Catholicos illud penes Pontificem resi-  
 det; non Pontificem, quia bujus jurisdictione in ecclesiasticis est suspen-  
 sa.* V. STRYCK. in Diss. De Jure Princip. Evang. c. II. §. 2. conf.  
 de BECQVER. Diss. de Jur. Episc. PP. Evangel. Hale. sub. prefid.  
 Du. BOEHMER an. 1724. habit.) Archi-Episopus & Elector  
 Mogunt. Princeps ac Dominus noster Clementissimus, à  
 jure circa Sacra, nempe quoad August. Confess. addictos ab-  
 stanere solet, & jurisdictionem ecclesiasticam Senatui Civico  
 Magnif. & Ampliss. quoad exercitium Clementissime cessit,  
 per Religions-Versicherung wegen der Augspurgischen Con-  
 fessions-Verwandten de dato Erfurth den 12ten Decembri an.  
 1664. & Recess. Lipsiens. Art. 17. it. Recess. Execut. Erfurthens. de an.  
 1667. nec non per literas confirmatorias Recess. Lips. sub Lit. T. adj.  
 Senatus ergo civicus noster in ecclesiasticis Aug. Conf. per-  
 sonam Principis Electoris Mogunt. repræsentat, & præcipue  
 ac diligentissime inquirit, cum in doctrinam, tum in mores,  
 virtus atque virtutes illorum, qui eximia quadam integritate,  
 modestia & sanctitate vita eminere ac gregi suo conspicuo  
 debent esse exemplo, & JUSTINIANI Imp. effatum sequuntur,  
 quod in pr. Nov. 6. extat, ibi: *Nos maximam habemus solli-  
 citudinem circa verae dei dogmata, & circa sacerdotum honestatem &c.*  
 Cives igitur August. Confess. addicti, vulgo Lutherani voca-  
 ti, tam ratione loci, quam ratione formæ publico religionis  
 exercitio fruuntur & quiete gaudent: atque in concionibus  
 sacris seu ecclesiasticis pro Electore Mog. Principe & Domi-  
 no nostro Clementissimo e suggestibus preces publicæ reci-  
 tantur & sequentem in modum pie ad Deum mittuntur:  
 Wir bitten auch für weltliche Obrigkeit, für Thro Römisch-Ka-  
 sel. Majestät, alle Christliche Könige, Churfürsten, Fürsten und  
 Herren: Bevorab für Thro Churfürstl. Gnaden zu Münch, und  
 Dero Hochlöbliches Erz-Stifte/ als unsern gnädigsten Lan-  
 des Fürsten und Herren, daß deine Göttliche Allmacht dieselbe  
 mit glücklicher friedlicher Regierung segnen, und dero Rath-  
 schläge zur Erhaltung des gemeinen lieben Friedens und bestän-  
 diger

diger Wohlthat ihus Christi und aller dero angehörigen Land und  
Leute väterlich leiten wolle. & S. Sede vacante: Vor E. Hoch-  
würdiges Dohm Capitul des Hohen Erz-Güssis Mäns, als  
unsern gnädigen G. b. Herren, daß Gott der Allerhöchste diesel-  
ben u. s. w. quas pias & devotissimas preces Deus T. O. M.  
votis secundet. Sed ad propositum ut redeamus, & cum ju- & seculare:  
dicium etiam seculare dispescatur in Criminale, quod ad pu- quod vel cri-  
blicain vindictam, sive corporalis sive pecuniaria pena tan- minale  
tum veniat infligenda. v. CARPZ. Pr. Crim. Part. III. qv. 102.  
n. 78. & Civile, quod ad intereste civium privatum tendit. v. vel civile:  
HAHN. ad Wesenb. de Jurisd. n. 8. STRYCK. V. M. ff. ibid. §. 7.  
ita & hujus & illius singularia Erfurtenſia pro viribus succin-  
ete sequentibus attingere lubet, & quidem agendum

## SECT. I.

*De Criminalibus Erfurtenſibus singularibus.*

## §. I.

**J**urisdictio ergo criminalis est potestas leges criminales sat- singularia Ju-  
ciendi, & in reos criminum judicandi & animadvertisendi, dicti criminis  
ac Jus gladii auditur: In hujus signum Reverendissimo & quidem  
ac Illustrissimo Domino Pro-Principi in diebus & actibus so- I. rat. punien-  
lennibus nostris gladius, in distinctionem gladii Imperialis, de- tium,  
quo Dn. LUDWIG. in der Einleitung zur Güldn. Ball T. II.  
non evaginatus, præferri solet; atque quoad executionem  
a Principe Electore Mog. Domino nostro Clementissimo,  
Judicio suo Erfurtenſi provinciali clementissime demandata  
v. Ordinat. Process. Erfurt. noviss. Tit. IV. §. 3. ibi. Zgleichen  
bleibet denen Gerichten die Erkāntn̄s und Bestrafung der Delin-  
quenten in allen peinlichen Sachen, welche entweder hier in der  
Stadt, Weichbilde oder auch auf dem Lande, in denen Voigtey-  
Dörfern, Küchenmeisterey und Aemtern vorsallen. Divinis  
enim præceptis nocentes puniri & innocentes defendi jubentur,  
cum ipsa justitiae ratio id exigit, & salus Reipubl. vix alio  
fundamento nitatur, quam quod delicta non maneant impu-  
nita

nita L. 14. C. de Pen. Quapropter & hodie Chirurgi atque balneatores, juramento adstricti sunt, ut quoties vulneratus aliquis eorum cura se committat, statim id ad vulnerati Judicem durch Einschickung des Wund's Zedduß, deferant: & Fiscalis vi pralaudatae Ordinat. Proc. Tit. II. §. 1. obstrictus est, ut in delicta inquirat, processum inquisitorium formet, nec hunc deserat, sed sententiam promoveat, & ut ea executio- ni mandetur, strenuus sit: quo cum ferè respondet Instructio Vor die Voigte und neu-bestellte Ober-Heimbürgen Art. VI. § XIX. Prætores enī pagani jurare tenentur: daß sie alles, was sie sehen, hören und erfahren möchten, so straffbar, und insonderheit wieder die zehn Gebote Gottes laufft, ohne daß sie anmelden, und sich davon weder Freund noch Feind schäfft. Gunst, Gabe, Geschenk, Hass, Neid, oder einige andere Ursach, nicht abhalten lassen sollen. vid. omnino inst. §. IX. in fin. n. 3. b.

## §. II.

IL rat. LL. cri-  
minal. in spe. Transimus nunc ad judicium pœnale ipsum, ubi primo  
spectantur personæ punientes & punienda: deinde pœna-  
rum impositio & executio: in quibus nos breviores esse  
oportet, ne labor iste ultra id, quod par est, ex crescatur. Praxis  
autem nostra hodierna criminalis Processui criminali com-  
muni & Conf. Crim. Carol. V. cum in universum ferè respon-  
deat: Ita brevitatis studio L. B. ad DD, hac de re commenta-  
tos: CARPZ. Pr. Crim. BRVNNEMANN. in Pr. Civil. & Crim.  
LVDOVICI Einleitung zum Criminal-Process. aliosque in Conf.  
Crim. Carol. V. remitto: Nunc autem præprimis in consid-  
erationem nostram venit, nunquam satis laudandum EDI-  
CTVM DVELLICVM gravissimum, ab Eminentissimo ac Serenissi-  
mo Princeps Electore ac Domino quondam Clementissimo, Do-  
mino FRANCISCO LVDOVICO, piissima memorie, san-  
ctum, injurias, retorsiones, aggressiones, vindictas privatas,  
præprimis Duella omnis generis gravissime prohibitorum, de  
dato Moguntia d. 28. Octobr. an. 1730.

## §. III.

Igitur sicuti summa potestatis est pœnas definire, ita  
ejusdem est illas exercere, vel exercendi jus aliis committere.

v. Su-

Ingressus.

v. *Supra §. I. ita GROTIUS de J. B. & P. Lib. II. c. 20.* recte inquit: *Quod dictaret ratio, maleficium posse puniri, non autem quis punire debeat, nisi quod satis indicat natura, convenientissimum esse, ut id fiat ab eo, qui superior est. conf. L. 1. ff. de offic. Praef. urb. L. 13. ff. de offic. Praef. L. 1. ff. de off. ej. cui mand. Jurisd. quo manifestum, constitututis judicii privatorum nemini semet vindicare, multò minus proprio aucto & autoritate pœnam ab aliquo sumere licere l. 14. C. de Judeis. L. 176. pr. ff. de R. J. vid. supr. c. 1. §. V. vindicta enim ob admissum delictum, administranda iustitia & salutis publicæ causa à superiore in delinquentem publicè & legitimè exercetur: unde intelligi potest, quod poena differat à defensione, qua est injuria infrendæ propulsatio, per L. 3. ff. de J. & J. L. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil. qua propter verba L. 16. §. 6. ff. de Pan. Non enim plaga efficit injuriam, sed contumelia, neque enim verberari liberis hominibus est grave, quamvis per se grave sit, sed id, quod per injuriam fit: & his concinne sanè respondent. Ideo moderamen deramen inculpata tutelæ omni pœna vacat; nam quod quis inculpata tutelæ in pœna ob tutelam corporis sui fecerit, jure fecisse existimatur. L. 3. ff. de J. & J. Idecirco, qui aggressorem, licet insania agitatum, aut in persona errantem, in dubio vitæ discriminé constitutus, occidit, in nullo peccasse videtur. L. 2. & 3. C. ad L. Corn. d. Sicar. cui simile est, quod in Ordin. Crim. Carol. V. Art. 145. sancitum: ibi: So einer in einer rechten erwiesenen No:h: Wehr wieder seinen Willen, einen Unschuldiaen mit Stichen, Streichen, Würfien oder Schießen, so E den Nöthiger meineti troffen, und entleibet hat, der ist auch von peinlicher Straffe entschuldiget. conf. MATTH. BERLICH. P. IV. Concl. 10. n. 10. sgg. quod & Eminentissimus ac Serenissimus Legislator noster in prælaudato Edicto Duellico Clementissime observat, cum Art. III. statuit: Vorbej mir doch keinesweges gemeinet seyn, jemanden die von Gott und der Natur erlaubte abgenöthigte ohnvermeidliche Defension zu Rettung seines Lebens, Gesundheit oder Gliedern, wie auch zu Abwendung der etwa nächst androhenden Schlägen oder andern dergleichen injuriosen Thätschkeiten servato tamen moderamine inculpatae tutelæ: oder*

D 3

dab

dass allensfalls dabey die geziemende Mäfigung beobachtet und  
keinesmeuges überschritten werde, die bevorstehende Gefahr auch  
nach Menschlichen Vermuthen anderer Gestalt nicht abgewen-  
det noch verhütet werden könne) abzuschneiden, oder zu ver-  
biehen; Allermassen solche Noth-Wehr nicht allein in Götlicher  
Heiliger Schrift, sondern auch in allen natürlichen- und Öblicher  
Rechten bestens gegründet und zugelassen ist, und dahero niemanden  
mit Fug verbrechen werden kan. Quæque Art. XV. repetita ibi:  
So seind Wir zwar wie oben gemeldet, nicht gemeint jemanden  
die natürliche Gegenwehr und unvermeidliche Rettung seines Le-  
bens oder seiner Glieder, nach Beschaffenheit deren Umständen  
& cum debito moderamine inculpate tutela abzuschneiden  
noch zu verbiehen. Vim enim vi repellere omnes leges &  
omnia jura permittunt, & adversus pérículum naturalis rati-  
o se defendere dictitat L. 55. ff. de R. J. L. 4. ff. ad L. Aquil.  
ipsum etiam præceptum: non occides: defensionem sui com-  
prehendit: sicut ergo se ipsum necat, qui se defendendo  
moderate ē periculo non liberat: ita & istud homicidium  
præprimis est prohibitum, cum, si cavendum, ne rei fiamus  
alieni sanguinis, summa quoque cura annitendum, ne  
vim non repellendo alios nostri sanguinis reos, & sic amiten-  
do vitam, patientes & volentes proximum seu adversarium  
homicidam faciamus. vid. OSIAND. ad Grot. Lib. II: c. I. §. 3.  
& Lib. III. c. 20. quod CICERO in Orat. pro Milon. §. 4. concinne-  
sanè seq. in modum profert: *Eſſ bēc non ſcripta ſed nata lex,*  
*quam non didicimus, accepimus, legimus: verum ex natura ipſa ar-*  
*ripuimus, hauſimus, expreſſimus, ad quam non docti ſed ſati, nom-*  
*inſtituti ſed imbuti ſumus: ut ſi vita noſtra in aliquas inſidiās, ſi*  
*in vim, ſi in tela, aut latronum, aut inimicorum incidiffet, omnis*  
*honeſta ratio eſſet expedienda ſalutis. Silent enim leges inter arma,*  
*nec ſe expellare jubent, cum ei, qui expellare velit, ante injuſta pa-*  
*na luonda ſit, quam iuſta repetenda.* Quinimo nostri sanguinis  
proprii rei, & ut propriidæ existeremus. vid. inſr. §. V. b.  
conf. GROT. de J. B. & P. Lib. II. C. I. §. 3. quem ſequitur PV-  
FENDORF. d. J. N. & G. Lib. II. c. 5. §. 5. modò limites five  
moderamen inculpate tutela non excedantur. Id tantum  
hic.

hic omittere non possumus: Famæ & honoris defensionem, *Quomodo rat.*  
 cœteris paribus, permisam quidem esse, probari tamen non *defensionis*  
 poterit, pœnam ordinariam cessare in eo, qui alium, ob atro-*pro famâ &*  
*honore sancti-*  
*cissimam injuriam sibi illatam, occiderit. GROT. d. I. §. 10.*  
*tum.*

Quodque EDICT. DVELLIC. d. Art. III. ita habet: Wie dann  
 auch, und damit das Point d'Honneur nicht gänzlich negliziert,  
 und Unsere Officirs ins besondere von dem Commercio und  
 Umgang anderer in Ehr und Reputation stehenden rechtfassungen  
 den Leuten nicht so gar ausgeschlossen seyn mögen . . . . . selbige  
 durchaus keine unnühe Händel, Zänkereyen, Schlägereyen und  
 Duelle ansangen, und unternehmen, sondern solche auf alle mögli-  
 che Weise vermeiden sollen; daferne sie aber, wie öfters zu gesche-  
 hen pflegen, von andern Fremden, die nicht zugleich unsere Vasallen  
 und Unterthanen waren, aus übermässigen Rütsel und Muth-  
 willen, außer Unsren Erz-Stift und Landen an ihren Ehren an-  
 gegriffen, und also mit denenselben in Duelle gerathen würden,  
 solchenfalls wird zwar bey dergleichen unvermeidlichen Rencon-  
 tres und abgenthigten Duellen, der Verbrecher nicht eigentlich  
 als ein vorsehlicher und gefährlicher Duellant, jedoch daferne da-  
 bey eine Entleibung geschiehet, nach Gestalt deren Umständen,  
 und ihme darbey zu schulden kommender Excessen, denen gemei-  
 nen Rechten gemäß, billig bestraffet, zumalen wir über vergosse-  
 nes Menschen-Blut keinesweges dispensiren, sondern solches dem  
 Rechtlichen Auspruch lediglich überlassen wollen. conf. ORDIN.  
 CRIM. CAROL. V. Art. 140. BLVMBACHER in Observ. ad d. Art.  
 140. n. 4. His tamen neutquam injuriarum verbalium re-  
 torsio præsidium aliquod querere & inventire potest: illis  
 enim, qui privata autoritate satisfactionem sibimet ipsi su-  
 mere antea perversè putarunt, per Art. II. b. obex positum &  
 gravissime sanctum: ibi: Sich niemand gelüsten lassen solten,  
 deßfalls eigenmächtige Satisfaction zu nehmen, noch Uns in das  
 von Gott anvertraute Nach-Schwerdt zu greissen. vid. infr. §.  
 VII. in fin.

## §. IV.

Nostre civitatis disciplina atque gravitas igitur, cum  
 tanta sit, ut haud sciam, an cunctis gentibus anteponendam  
 esse

esse jurē dicam, cujus instituta & sanctiōnes omnes laudari facilius possunt, quam ad imitationem transferri: Ita aliarum sanctiōniū prælaudatum EDICT. D VELL. proprius inspiciendum.  
 Duelli historiā.  
 Supra cum Cap. I. §. V. exposuimus, quod Imperii Germanici tranquillitas, dissipationibus quamplurimi turbulentissima redita: ita genera Duellorum, que à campis, ubi fieri assolent, campiones, aut germ. das Haust-Recht dicuntur, in historiis plura occurunt, que tamen omnia in privata ac publica commode dividī posse, existimamus: utraque vero, si causas specte, iterum varia sunt: quando enim alter cum altero certamine congregatur, id vel ad ulciscendam injuriam, vel famam vindicandam, vel probandam innocentiam, videtur suscepisse. Quamvis vero nemo à moribus Christianis ita alienus sit, ut primi generis Duella legibus divinis repugnare dubitet: vid. i. Epist. Petr. c. 3. v. 9, attamen dum alterum indulserunt magistratus Christiani, frustra circa primum cautiones fuisse, mirum non est. Qui malo huic consilere voluere, privatis interdictis, publica Duella, certis legibus permiserunt, ita scilicet, ut Iesus causam magistrati, qui jus habeat instituendi Duella, denunciaret, hic citaret adversarium, utrosque etiam, ut in gratiam redirent, serio admoneret: quodsi vero omnis reconciliationis spes cessaret, tum demum copiam eis faceret ad unum ac alterum certamen ineundum; ita enim sanguini humano parci exislabant, si unus succumberet, plurium averso concursu; tum etiam dextram autumabant, non virtute regi, sed Austrea & Themide, i. e. divina iustitia. Cum autem prudentiores animadverterent, hæc singularia certamina esse, ad eruendam veritatem, fallacia & incerta, & non raro iustiore partem succubuisse, vulgaris hæc probatio interdicta fuit, tam per recentiores quam priscos canones, ut in Decretal. de Purg. vulg. & ibid. de Clerie, duello certant. 2. qv. 5. cap. Consulutis & Cap. Monomachia. Ita hunc modum religio Christiana abstulit, & Imperator MAXIMILIANVS I. una cuim Statibus Imper. Germ. in Comitiis Wōfmatiensibus anno 1495. Sanctionem pragmati-  
 eam germ. Land-Stried. dict. promulgavit, quæque postea va-  
 riō

rio tempore repetita cum effectu: conf. PFEFFINGER. in  
not. ad Vitriar. T. I. p. 381. perverſis tamen haud fuit obex  
ſufficiens, quo minus ab injuriis, diſſipationibus & Duellis, Im-  
perii ſanctionibus vetitis, abstinerent, quibus tamen Princeps,  
ſalutem populi pro ſuprema lege habens, Archi-Epifcopus &  
Elector Mog. Celfiſimus, Princeps ac Dominus noſter quon-  
dam clementiſſimus, B.M. ſubvenit, & plenariam atque gravifii-  
mam medelam, per pralaudatum EDICT. DVELL. ſanctiſſimum  
preſtit. Plura qui legere cupit de Duello, videat proli-  
xam & ſatis accuratam Differt. CAJI DE RVMOHR. de Duello.  
Altioriſſi an. 1658. it. Differt. MULLERI. de viue ac necis jure circa  
ſe iſum. hic Erford. 1730. ſub praefid. Magnif. Conſultiſſ. atq. am-  
pliſſ. Dn. STRECKERI habitam.

## §. V.

Per Edictum Duellicum itaque ſepiuſ laudatum, homi-  
num perversæ frenantur mores & Art. I. gravifimè ſanci-  
tum legimus: ne unus alterum, quisquis ille etiam ſit, neque conſentur,  
minis, neque factis offendat, ſed proximum cum debita ho-  
nore, pacifice & modeſte ferat: Huc ergo etiam referenda  
ſunt ſcommata, ſeu aculeata & tacite injuriosa dicta, ſcripta  
& facta, & mordaces: die an Leib und an der Seele beiſſen möch-  
ten: morbiſ vocant: Germani heimliche Stiche, die nicht blu-  
ten, doch wehe thun. conf. Dn. HEINR. Linckens comen-  
tat. jur. de ſcommatis. Bon Stichel Reden. nec non. Dn.  
THOMAS. Differt. de homicidio lingue. Et ſi aliqui nihilominus  
contingeret, ut dicto aliquo modo injurioso prohibito affi-  
ceretur, propriā & ſic privatā autoritate eam nequaquam vin-  
dicare Art. II. b. multò minus Duellum inde aliquo modo  
ſufcipere, ſed omnia superioribus, magistratui aut Judicio nim.  
denunciare debet, qui plenariam ſatisfactionem injuriato, ut  
ab injuriante, ſecundum pralaudatum EDICT. DVELL. fiat,  
ſeriō & ſemotā omni morā, curare tenetur: per Art. IV. &  
Art. VI. b.

## §. VI.

Contravenientes autem EDICTO DVELL. & provocan-  
do, Duello licet non fecuto, peccantes, honorum & offici-  
orum & provocantis,

& a.) certam-  
 ne non secuto-  
 rum ipso facto jaēturam sentiunt: conf. L. 9. pr. ff. de Pœn.  
 insuperque multam spectabilem solvere obstricti sunt, aut  
 per spatum duorum annorum carceri includuntur. Art. V. b.  
 de pœna car-  
 Et quamvis carcer, quatenus pro pœnæ specie accipitur, olim  
 ceteris improbus fuerit L. 8. & 9. ff. d. t. hodie tamen cessante  
 verborum admitione, carcere homines coērceri quotidiana-  
 num & expressè sanctum ORD. CRIM. CAROL. V. art. 157.  
 & 216. pr. vid. STRYCK. U. M. ff. de Custod. & exhibit. reor. §. 1.  
 non nimium autem teter esse debet, ne pœnis carceris peri-  
 mutatur captivus L. ult. C. de Custod. reor. neve is crucietur Ord.  
 Cr. art. II. vid. Dn. LVDOVICI Einleitung zum peinl. Pro-  
 cess. c. II. §. 7. & CARPZ. Pr. Cr. qv. III. n. 50. sgg. & Part. III.  
 qv. III. n. 65. & 66. Quodsi vero temerarius violator talis offi-  
 cia publica haud teneret, omnium fructuum suorum vita-  
 lium pars dimidia per duos annos ei publicatur, horumque  
 dimidium fisco Electoris & alterum piis usibus addicitur, pœnā  
 carceris prædicto modo haud remissā. Sic & quandam vis  
 privata publicatione tertiae partis bonorum mulctabatur §. 8.  
 J. de Publ. Judic. quæ pœnæ ratio æquissima, atque æqui-  
 pollentem inducit pœnam inter opulentiores & mediocris  
 fortunæ homines arg. L. 6. ff. de bis quæ ut indign. L. ult. C. de mod.  
 mulct. vid. MENCKEN. in addit. ad Struv. Jurispr. Lib. III. Tit.  
 9. §. 2. undē recte dicitur, quod pœna legis per Judicem mi-  
 nui vel mutari possit. SOCIN. Reg. 239. Quemadmodum vero  
 omnis pœna commensuranda est delicto CARPZ. qv. 51. n. 50.  
 qv. 54. n. 21. & qv. 102. n. 1. & 93. hujus enim qualitas ex illo  
 cognosci debet MOLLER. Semesfr. Lib. I. c. 37. n. 8. ita quilibet  
 magistratus inferior secundum potestatem, quam in dictan-  
 dis mulctis pro. qualitate circumstantiarum easdem dicere,  
 nec quaestus in honestus querere debet vid. KLOCK Vol. III.  
 Conf. 158. n. 31. Qui vero non habet in ære, per biennium  
 ad operas publicas condemnatus, luat in corpore vid. L. f. ff.  
 de injus voc. Præterea nec minimam satisfactionem, ratione  
 injuriarum sibi illatarum, ullo modo impetrabit. Et si subal-  
 ternus aliquis superiores suos provocare ausus sit, pœnæ san-  
 citæ duplicantur, hacque omnia vi Art. V. b.

§. VII.

## §. VII.

Provocati autem partes sunt, ut in Duellum nequaquam <sup>2)</sup> Provocati, descendat, sed actum unacum omnibus circumstantiis superioribus suis statim denunciet, atque ut satisfactio ei fiat, eos imploret: hi enim famam & honorem provocati tueri & servare tenentur, per Art. VI. b. Hodie igitur, uti quondam, Duelli detrectatio non est infamis: apud nos enim nec minima infamiae macula inde contrahitur, cum privata injuriarum executio per leges expresse & severissime est interdicta: quis ergo legibus non potius parere, quam obtentu vani honoris periculo simul pugnæ ancipitis, legumque severitati sese velit exponere. Neque semper signum timiditatis est, cum alio quavis de causa in pugnam nolle descendere, vitæque & fortunarum discrimen temere subire: cum alias longè tutiores, & virtio carentes dari queant occasiones, quibus quis fortitudinem suam queat ostendere: Neque cordatum vulgo vocabula debent movere, cum cujusve civis existimatio Judicio Summi Imperantis legumque flet, cadatque, & in eo virtus sit, legibus velle parere, spreta inani maleficiatorum hominum opinione. vid. PVFENDORFF. in diff. acad. Select. p. m. 182. Quod si autem provocatus sancta negligenter, & in Duellum aliquo modo consentiret, & comparuerit: tunc, Duello licet haud secuto, provocatus ut provocans puniatur d. Art. §. Würde aber b. Quinimo provocatus, sin in iuriis modo realibus modò verbalibus provocantem ad provocandum motus esset; huic quidem ulterior satisfactio denegabitur omnis, illi vero, cum in provocationem consentit, & ferro concurrit, durior pena, gravior multa, & per tempus durans carcer, dictetur: per Art. d. §. Woferne aber b. Itaque nec minimum præsidium provocatus in L. 38. §. 8. ff. ad L. Jul. de Adult. querere & inventiare potest, hodie enim nobis justus ac intensus dolor, quem secundum d. L. temperare quidem difficillimum esse dicitur, & præsumendum illum, qui illo motus, non habuisse plenitudinem intellectus, cum metus etiam impropositus rectum judicium tollat & consilium deliberandi: nec amplius secundum L. 14. §. 6. in f. ff. de bon. libertor. igno-

scendum est ei, qui aliquem ulcisci voluit. vid. Art. II. V. VI.  
 VII. & IIX. b. fines justi transgressus, nullâ excusatione dignatur; cum omnino sanus affectus suos exorbitantes temperare debet, ac potest. vid. infr. §. XI. in f. Illustr. Dn. DE WERNHER. Observat. Forens. Vol. II. P. 3. Obs. 150. p. m. 437. Provocationes autem ad Duellum vi EDICTI DVELL. nostri iudeo infamia aliisque gravissimis poenis vindicantur, ne pluribus impunè audientibus, sepius succedant exitialia illa facinora, quæ postmodum nullâ poenâ reparari possunt L. 5. C. in quib. caus. in integr. restitut. necesse non est, melius quippe est in tempore occurrere, quam post exitum vindicare L. 1. C. Quand. licet unic. sine Judie. ibi: mortem quam mirabatur L. 4. C. ad L. Cornel. de Sicar. ibi: melius est his occurrere & mederi, quam injurid acceptâ vindictam perquirere. Nec nobis regula juris alias tritissima ut obstans fert: Scienti & volenti non fieri injuriam L. 27. de R. J. L. 1. §. 5. in f. ff. de Injur. res enim mali exempli, publicam lœdens disciplinam, etiam delinquentium consensum in poenam non tollit: quam ob causam stuprum, quamvis inter consentientes commissum peræque punitur: præsertim si consensus sit de re, quæ extra consentientis est protestatum: ut si quis semet interfici velit & jubeat, intersector æque ac si nolenter trucidaverit, delictoreus erit, sicuti & is, qui sibi ipsi violentas afferit manus, graviter delinquit, nemo enim corporis membrorum suorum est dominus: Aliter tamen seres habet in re pecuniaria L. 48. §. 2. ff. de Furt.

## §. IIX.

Ex delictis itaque, quæ privatorum lœdunt statum & publicum evertunt, nullum cum gravius sit homicidio, quod irreparabilem vitæ jacturam afferit, ita & Lex Cornelii de Sicariis non solum homicidas dolii mali convictos ultiore ferro prosequitur L. 7. ff. ad L. Cornel. de Sicar. & CONSTITUTIO CRIM. CAROL. V. art. 137. illos capitali mortis poenâ punit, bene etiam nostrum EDICTVM DVELLIC. Art. III. in f. § Art. XV. in f. b sine ulla dispensatione eorum caput afficit. Idque evidentissimam atque paratißimam & demonstratiō nem & executionem poena habet, ut Genes. 9. v. 6. sapitum: Qui sanguinem hominis effuderit, ejus sanguis vicissim effundatur: nisi-

Homicidium  
poenâ mortis  
coercetur, &  
cur.

nitur enim talionis lege, quæ ad æqualitatem inter læsum & lædementum servandam aptissima: nam secundum eam factum culpæ, facto poena exæquatur, & tantum mali imponitur illi, quantum ipse aliis intulerat: Hinc promanant sequentia, naturalibus æqualitatis principiis consentanea præcepta. Sicuti fratri suo fecit, ita facies ei: Deut. 19, v. 19. Qua mensura mensuraveritis, mensurabitur vobis. Matth. 7, v. 2. Quod ipse fecit, expedit. L. 3. C. de Episc. aud. 5 in Novell. 142. ubi: de Castratoribus dicitur: Idem hoc, quod alii fecerunt & ipsi patiantur: Cum jus veniam delinquentibus dandi, quod vulgo jus aggratiandi vocant. vid. §. XVI. b. ad poenam jure humano fæcitem restringi debet, neque ad poenas jure divino universali constitutas pertinet; in his enim Principi æquè ac privato, sola obsequendi gloria relicta est: hujus generis poena est impunitis capitalis illa, quam Deus in dolos homicidas executioni mandari jussit: Propterea in sacerdoti laudato EDICTO DVELL. Art. VII, porro gravissimè fæcitem.

## §. IX.

Quod si quis Duellum & certamen, sancta negligens. <sup>β.)</sup> Duello fit, subit, & gladio vel sclopeto differentias finire, audet: <sup>scepto: &</sup> tunc I. homicidio non secuto: honoratores ad carceres: hu- <sup>A )Homicidio</sup>  
miles vero seu plebeji ad operas publicas biennales, propriis <sup>non perpetra-</sup>  
fuis sumptibus ut alantur, admitis illis dignitatibus, officiis <sup>to: hujus</sup>  
& honoribus, insuperque ad multam circumstantiis confor-  
mem, condemnantur, salvâ tamen libertate. Carcer enim  
vel opus publicum, quo quis ad laborandum adstringitur, li-  
bertatem non adimit: L. 28. §. 1. ff. de Pen. Et conatus hic  
pro facto accipitur L. 7. ff. ad L. Corn. de Sicar. j. f. L. 38. §. f. ff.  
de Pen. Sic lex Cornelius ultore ferro etiam eos persequebatur, qui hominis occidendi causa cum telo ambulabant §. 5. J.  
de Publ. Judic. L. 16. §. 8 ff. de Pen. conf. GROT. J. B. & P. Lib. II,  
c. 20. n. 39. Dolus enim ad actum externum procedens, &  
injuriaz destinatio poenæ obnoxia redditur, quæ arbitrio Judi-  
cis relinquenda est, qui conatum distinguet, secundum opera-  
tiones agentis, pro ut plus vel minus factum, major vel mi-  
nor dolus fuerit, is quoque considerabit, cur reus cœptum

E 3

non

non perfecerit, spontēne & p̄c̄nitentiā duc̄tus, an im̄petitus.  
vid. JVL. CLAR. Pr. Crim. qu. 92. per tot. & Dissert. Dn. JOH.  
GOTTLÖB. GRAFF. de P̄na Criminis imperfetti seu Conatus in  
Criminalibus, sub Presid. Magnif. Dr. Tenzelii A. 1730. hic habit.

B.) uno necato, hujus  
p̄na.

homicid̄ p̄c̄  
na: ad lethali-  
tatem vul-  
ner. & perfo-  
nas respicitur.

II. Uno Duellantum necato: hujus cadaver, si sit persona 1.) Nobilis vel officiis haud vulgaribus fulgens, in loco Duelli perpetrati vel alio in honesto terra mandatur. 2.) Humilis in aliorum terrorem suspenditur, vel ad minimum in loco furc̄e per carnificem foditur, vi Art. VII. pr. b. quō cum respondeat C. t. X. de Torneament & MANDAT. DVELL. SAXON. de an. 1712. §. 39. homicida vero, si Duellantem nefariē trucidaverit, per vulnus, per se, A.) & absolutē lethale, quod sc̄. simpliciter ac necessario mortem infert, quodque omnem medelam respuit, & brevi temporis spacio vitam admitt. vid. FARINAC. JC. & PAVL. ZACHAR. in quæst. Medic. legal. V. t. 2. qu. 2. §. 6. CARPZ. Pr. Cr. P. I. qu. 26. BERGER. Jurispr. Elec̄t. Crim. mbr. 3. §. 5. p. 94. Et p. 274. aut per vulnus ut plurimum lethale, quod quidem sanari potest, sed non nisi magna cum difficultate, quod & plus ad mortem, quam ad evasionem tendit. FARINAC. quæst. Crim. 127. Part. I. ibique all. CARPZ. qu. Cr. 26. n. 7. aut a.) deprehenditur, & a.) honoratior honorum suorum omnium ipso facto facturam sentit, & processu desuper formato, gladius illius frangitur, capite plectitur, ejusque cadaver in loco supplicii sepelitur. e.) Vilioris conditionis: per processum summarissimum condemnatur, laqueo suspenditur, & in vespera cadaver illus per carnificem & in loco supplicii terræ mandatur. B.) Non per se, sed per accidens lethale, quo vulnerati communiter convalescent: p̄na carceris vel operis publici in annos quosdam prolongatur, & cadaver peremti, respectu personarum habito, vel in loco abjecto, semoto omni strepitu per vespillones, vel in loco in honesto, ubi alias cadavera brutorum projiciuntur, per carnificem, asinina seu ut dicitur caninâ sepulturâ foditur d. Art. VII. §. Der Thäter hingegen b. Aut C.) fuga salutem querit, nec edictali citationi comparet, homicidæ effigies per carnificem furc̄e affigitur; Nullo vero Duellantum necato, corum

eorum nomina tamdiu patibulo necuntur, & citius cum restituzione honoris non refiguntur, donec comparuerint, & promeritam passi fuerint poenam; neque per fugam & absensionem talem, delicto & poena sanctae prescribitur, etiam si sit extraneus aut alienae jurisdictioni subjectus, insuper & bona illorum hic sita, fisco Electoris Mogunt. cedunt: per

*Art. IX. & XIII. b.*

III. Mutuis & alternis si Duellantes sauent vulnibus, C.) ambobus & necatis Duello duellantibus ambobus: Cadavera eorum necatis: hu- secundum qualitatem personarum, vel in loco in honesto vel jux poena infra furcam per carnificem, humo absconduntur: d. Art. VII.

*§. Dæfere aber b.* quæ poenæ, licet extra territorium vel in confiniis perpetrentur Duella, eodem modo, uti dictum, executioni mandantur d. Art. IX. b. Imo & illi, qui delinquunt, De illis qui tem ope vel consilio abscondunt, secundum circumstantias moraliter con mulctâ vel poenâ corporali aut vitæ d. Art. in f. nec non currunt: eo- Duellum vel directè vel indirectè mandantes & spectatores, rumque pœ- nis.

eadem, quæ Duellantes, afficiuntur poenâ. Art. IX. X. & XI. b. conf. L. 11. §. 3. ff. de Injur. L. 16 pr. ff. de Pœn. L. 169 ff. de R. J. L. §. C. de Accusat. & Inscript. Idque merito: quia mandantes delinquunt in se, in adversarium, & in eum, qui per delictum laesus est, ut loquitur PROSP. FARINAC. Oper. Crim. P. V. qd. 135. n. b. idem obtinet in illis, qui opem & auxilium sibi invicem tulerunt, sive manum ad factum simul admoveunt arg. Ord. Crim. Art. 148. vid. NOV. 143. pr. Quò vero paecto illi, qui delictum cognoverunt, puniendi sint, nec prohibere facinus? queritur: & resp. tempora distinguenda sunt: nam qui scit Duellum committendum, dum facinus præveniri & prohiberi potest, nec manifestat, pro ratione culpæ, arbitrariam merentur poenam. ORD. CRIM. art. 177. Quò autem vulnerum qualitas è certius dijudicari possit, ita sectio & impeditio cadaveris, uti in omnibus delictis facti permanentis, & in homicidio quam maximè necessaria est, licet vulneratus in continentia animam efflaverit: quoniam non una solet esse mortis causa, & sæpe spirituum vitalium suffocatio, vel etiam ulcus internum, casu ruptum, concurrere potest, cuius certitudo

sectio & impeditio cada- veris necessaria.

tudo vix absque sectione & inspectione dijudicari potest.  
STRUV. Obs. Cr. Lib. X. c. 8. obs. II. STRYCK. tr. de Jur. Senf  
I. c. 2. n. 18.

## §. X.

**Distinctio rat.** Per transennam quasi hic addo, quod hodiernis moribus personarum puniendarum explanatur. non adeò magna observetur in irrogandis pœnis differentia personarum, quarum gratia capitales pœnae vix variantur, uti secundum LL. Rom. Honestiores enim sive in gradu aliquo positi ob dignitatem respectum plerumque deportantur, ubi humiliores sive sordidiores capite plectuntur. arg. L. 28. §. 9. ff. de Pen. aut in metallum vel opus publicum damnantur L. 4. §. 1. & L. f. §. 1. ff. de Incend. ruin. & naufr. L. 6. pr. vers. Pœna ff. de extraord. Crim. L. 6. ff. ad L. Jul. Pecul. Sic & secundum L. Cornel. homicide honestiore loco positi, capite pœnas non dabant, sed in insulam deportabantur L. 3. §. 5. ff. ad L. Corn. de Sicar. nisi quod hodie in irrogandi forte modo vel gradu aliqua observetur differentia, nimirum ubi honestiores gladio puniuntur, ibi humiliores suspenduntur, nam homines nobiles non patiuntur istas viles pœnas, conf. L. 28. ff. de Pen. licet ii gravius delinquent, qui in officio aliquo constitui, & ad perpetrandam scelera eo abutuntur vel contra officium atque dignitatem sibi commissam è diametro peccant: In his enim tanto gravius vindicandum est, quando majori præminent dignitate. verb. e. cum quidam 12. de Jure jurand. ubi: BALDV. Licet magnates de consuetudine non suspendantur furca: tamen hoc fallit, si committunt proditionem, nam tunc debent suspendi in altioribus furcis. hinc illud servatoris nostri LVCE c. 12. v. 47. Servus qui cognovit voluntatem Domini sui & non fecit secundum eam, plagis vapulabit multis. Diftin-  
ctio enim ex delicto est, uti jam dum apud veteres Germanos invaluit. vid. TACIT. de M. G. c. 12.

## §. XI.

**Injuria** tam Omnes igitur Injuriæ tam verbales, quibus adduntur & verbales quam minis factæ vid. §. V. supr. b. quam reales, severissimè, illæ reales quomo- scilicet secundum circumstantiarum qualitates, per solennem do puniendz. depreciationm, vel oretenus ad palinodiam, vel in scriptis, publi-

publicè peragendam, per remotionem ab officiis, mulctam, carceres, operas publicas, vel relegationem, & si nobilis aut officiatus militaris sit subalternus, per gladii portandi prohibitionem: hæ vero, si in calore rixæ perficiuntur, per carceres vel operas publicas fermestrales: si ex procœresi inferuntur, per poenam, nisi mulcta pro dimidiate solvatur, carceris vel operarum publicarum duplicatam, & sic annalem & resp. biennalem vindicantur, insuperque injurians ad easdem injurias sibi inferendas offerre tenetur injuriato, & publicè contestari, se inconsulto & brutal modo facta injuriola perfecisse Art. XII. b. ibi: Vorher aber, ehe und bevor der Beleidiger ins Gefängniß gebracht wird, soll derselbe schuldig seyn, sich in Gegenwart einiger vornehmen Personen zu Empfahrung gleicher Schläg- und Injurien von dem Beleidigten zu offeriren, darneben auch schrift- und mündlich sich erklären, daß Er unbesonnen und brutaler Weise losgeschlagen habe, mit Bitte, der Beleidigte möchte Ihm Christlich verzeihen, und das passirte vergessen, dabei auch wegen solcher eigenmächtig genommenen Satisfaction keine Reparation weiter zu hoffen haben. Et quamvis gravis ira, quâ ipsa pars læsa provocatur L. 14. §. 6. ff. de bon. libert. que in LL. justus dolor dicitur, poenam leniat. L. 1. §. ff. ad L. Corn. de Siccari. quod & de inconsulto calore L. 48. ff. de R. J. dicitur, cum animi judicium debilitet; his LL. tamen Romanis per stepius laudatum EDICT. DVELL. Art. XII. faluberrimè sanè derogatum, vi cuius omne vindictæ genus, quod sive per injuriarum actiones Art. XIV. b. & retorsiones Art. XII. §. Dasperne es aber & §. Gallus es aber b. sive per Duella suscipitur. vid. Art. V. VI. VII. & IIIX. b. iniquum injuriumque declaratum est, quo cum respondet ORD. CRIM. Art. 157. jura insuper civilia illum, qui aliquem non defendendi sed ulciscendi animo interficit, à poena ordinaria haud liberant L. 45. §. 4. ibiq. Gl. & L. 52. §. 1. ff ad L. Aquil. L. un. & ibi BALD. n. ult. C. de emend. Serv. nisi quod justus dolor in continentि ultiōem quodammodo admittat, & ita à suppliō liberet, vel patrem, qui filiam, vel maritum, qui uxorem in adulterio deprchenſam occidit L. 20. 24. & 38. §. 8. ff. & L.

4. C. ad L. Jul. de Adult. L. 1. §. f. ff. ad L. Cornel. de Sicar. item cum foemina violentem pudicitiae aggressorem, vel aliquis latronem interficit. L. 1. ibid. Gl. C. Quad. lit. unic. sine Jud. se vindic. conf. SALICET. ad L. 4. n. 18. ad L. Jul. de Adult. quem enim repens dolor in facinus non præmeditatum stimulaverit, hic saltim mitius extra ordinem puniendus videatur: est quippe quidam dolor ita acerbus atque vehemens, ut vix à constantissimis coercenti possit: *Sin autem (sunt verba L. 5. pr. ff. ad L. Aquil.) cum posset apprehendere, maluit occidere, magis est, ut injurya fecisse videatur, ergo & Cornelia tenebitur, ibi GLOSSA. injurya i. e. dolo & non jure.*

## §. XII.

Cautio, ne agressiones & Duella fusciantur, est inter alia prohibitiō armorum circumscripta.

Ut tandem aggressionibus quam plurimis & vi privatæ obex aliquis ponatur: ita arma nobis amplius in promiscuo hodie non sunt, sed portatio gladiorum & cultrorum venaticorum: Couteau de chasse: ut dicuntur: ut honoris haud vulgaris signa, mercatorum institoribus & opificum discipulis, vid. Imper. Ordin. Opif. noviss. bic Erfurti d. 9. Nov. 1731. publice. Art. IX. §. Überdetes. nec non ceteris Magnatum, Ministrorum & Dominorum famulis & servis, imo & Dicasteriorum Pedellis saluberrimè sanè interdicta est, Art. XVII. b. ad securitatem quippe parentium pertinet, ne licentia portandorum armorum audaciam in iis exciteat, & inter tumultuos vīa arma cupidinem sui moveant, & occasionem suggerant sepe turbarum: Sic & jamdū quondam ratione sūa conditionis ab armorum gestatione arcentur mercatores, de quibus habetur expressa CONSTITUTIO IMP. FRIDER. Lib. II. F. 27. de Pace tenend. §. 5. ibi: Mercator negotiandi causa per provinciam pertransiens, gladium suum sue sella alliget, vel super vehiculum suum ponat: non, ut quem ladat innocentem, sed ut a prædone se defendat. Sed quidquid ejus sit, hinc ferè per consuetudinem discessum, que, ut in aliis, ita & in his plurimum valet; De reliquis artificibus, manuariis, eorumque famulis, non puto quenquam dubitaturum, quin & ab antiquo, ab armorum gestatione, si maximè ut dignitatis insigne habeantur, jure civili arcentur. vid. L. 6. C. de dignit. & de rusticis sciendum, si præ-

Si præcepta juris consulamus, quod ad hos in specie pertineat exarmatio, non tantum vi L. un. C. ut armor. usus sed etiam all. II. F. 27. de Pace tenend. §. 5. ibi hac verba: *Si quis rusticus arma vel lanceam portaverit, vel gladium. Iudex, in cuius potestate repertus fuerit, vel arma tollat, vel viginti solidos pro ipsis recipiat a rustico.* Hodie tamen mercatores, artifices & officiales, ut cives, armati & honorati nobis incedunt. conf. GAIL. Tr. de Pace public. § ej. violat.

## §. XIII.

Hactenus ratione personarum punientium & puniendo-<sup>2)</sup> Edict. con-  
rum singularia EDICTI DVELLICI consideravimus: nunc pau- tra furof ferar.  
cis etiam MANDATUM wieder die Wildprens Diebe de Ao. sancit.  
1731. clementissimum ac gravissimum paucis perpendimus.  
Et licet feræ ex permissione naturali sint communes, illa ta-  
men communio desit, postquam lex civilis politicis ex ratio-  
nibus circa illam libertatem aliter statuit. GROT. de J. B. §  
P. Lib. II. c. 2. §. 5. Dn. a SECKENDORFF. in Teutschten Fürsten-  
Staat P. III. c. 3. Regal. sto §. 4. hinc mirum non est, ratione  
ferarum hodie verum furtum committi posse, qua de causa  
in prælaudato EDICTO sancitum legimus: quod denuncia-  
tioni venatoris, qui fide suâ & juramento asserit, se in sylvis  
quendam cum armis suspectum conspexisse, plena fides tri-  
buenda sit, & reus, licet in negativa perseveret, defensus, nec  
innocentia probatâ, pro ratione circumstantiarum coërcen-  
tur, vi Art. I. b. nimurum: Si quis armis suspectus in sylvis  
versatus, & primitus deprehensus, mulctam centum Flo-  
renorum, & si feram furtum necaverit, præterea etiam feræ  
estimationem solvere teneatur: Sin reus non habeat in ære,  
per operas publicas luat in corpore: Art. II. b. In facto di-  
cto furtivo secunda vice deprehensus, secundum CONSTI-  
TUT. ELECT. MOGVNT. piiss. mem. de dat. Wien d. 8. Se-  
ptembr. 1731. & noviss. de public. Esfurth, d. 27. Jun. 1732.  
exasperatum, ad numellas condemnatus, præsticâ Urphedâ  
in perpetuum relegatur, & reversus, secundum CONST. CRIM.  
CAROI. v. plebitur. Art. III. b. quid quod magis & illi, qui  
in furto hoc ferarum opem & auxilium fecerunt, sive manum

ad factum admoverunt, & in genere receptores, sine quibus  
 nemo diu latere potest, L. 1. ff. de Recept. L. 13. ff. de Offic. Praesid.  
 pari ac mandatarii poenâ corripiuntur, imo consideratis cir-  
 cumstantiis, exasperatâ: Art. V. b. hinc, hunc in finem, sub  
 media capitî diminutionis poenâ, amissionis scil. juris civi-  
 tatis & societatis, Iorariis, hospitibus & Judais injunctum, ne  
 pelles à personis, quæ atfectatum desuper fide dignum exhibe-  
 re haud queunt, emant, aut alio modo vel titulo accipient,  
 sed suspicuum statim denuncient: & hoc casu decem Floren.  
 in præmium lucrântur. Art. VI. b. Imo & illi qui volucres si-  
 ve perdices, majores sive minores ut dicunt, feras, sclopets  
 vel laqueis vel alio modo capiunt, aut saltē pullos abscondi-  
 dent, vel nidos defruunt, pro ratione circumstantiarum  
 quinquaginta aut XXV. Floren. in multam solvere, aut per  
 semestre spacium in operibus publicis laborare tenentur Art.  
 VII. IX. & IX. b. quæ in dicta CONSTITUTIONE exasperata ad  
 centum Floren. extensa. Praelaudata tamen sanctiones poe-  
 nales subditos & cives Erfurtenses haud stringunt, modo in  
 agris urbanis seu Weichbildii determinatis, minorem tantum  
 venationem, post diem Bartholomæi, eamque per sex menses  
 exerceant. vid. Recess. Execut. de dato Erfurt. an. 1667. §. 8. Fera-  
 rum autem minorum der Nieder-Jagd: conditionis nobis sunt:  
 Die Hasen, Dachsen, Feld- oder Reb-Hüner, Schneppen, En-  
 ten, und dergleichen Wasser-Bögeln ic. Wilde Tauben, Drosseln,  
 Grammets, Bögel, Lerchen, Wachteln, & feræ rapaces, Habich-  
 te, Geyer, Reiger und Eulen. &c. ab hac distincta est: Die hohe  
 Jagd, quorum feræ majores: Das hohe Wildpreß: pertinet:  
 als Hirsche, Wilde-Schweine, Rehe, Bären, Trappen, Basanen,  
 Auerhanen, Hasel-Hüner &c. v. Perillußr. à SECKENDORFF,  
 &c. i. quamvis & volatilia ut Trappen, Basanen, Auerhanen, à  
 civibus nostris etiam capi vel venari possint, modò Re-  
 verendissimo & Illustrissimo Pro-Principi nostro gratiissimo  
 mittantur: Wofür das Schieß-Geld den Bürger gereicht wird.

§. XIV.

IV. rat. Praxis Et tantum de personis specialibus nostris LL. puniendis:  
 crim. restaret, ut de praxi criminali, poenarum scil. impositione &  
 execu-

executione quoque tractem; sed cum de eo à DD. sparsim  
actum fuerit, illud solummodo hic notare volui: quod poena  
imponatur per damnationem, quam causæ cognitio præcedit,  
qua legitimo processu criminali inquisitorio vel denunciato-  
rio hodie peragitur: & Judices tam in præparatione proces-  
sus, quam in progressu cautè agere jubentur, ne vel inquisi-  
tione, vel apprehensione, custodiâ, examine, aut aliis ini-  
quiis cum reo procedatur. vid. ORD. CRIM. CAROL. V. art.  
218. §. **Item daß durch.** imprimis vero delictum luce meri-  
dianâ clarius probandum L. f. C. de Probat. L. 16. C. de Pæn.  
aut reus convincendus est, antequam condemnetur: Reo  
itaque vel testibus vel instrumentis aliisve idoneis probandi  
modis convictio, nec per torturam ipsius rei confessionem eli-  
ci necesse est, ut in all. Ordin. Cr. art. 69. expreßè dispositum  
legimus: ibi: So beklagte nach genügfämer Beweisung noch  
nicht bekennen wolte, soll ihm angezeigt werden, daß Er der Mis-  
sefahat überwiesen seye, ob man dadurch sein Bekämpftes desto ehen-  
der auch erlangen könnte: Ob Er aber dennoch darüber nochmals  
nicht bekennen wolte, soll Er nichts desto weniger der beweisten  
Missefahat nach, ohne einzige Peinliche Frage verurtheilet werden,  
vid etiam MANDAT. ELECT. MOG. Wieder die Wildpräts.  
Diebe n. 1. ibi. Dennoch ohne erforderliche dessen selbst. Geo-  
ständniß. conf. DISSERT. Dr. LENTIN. de eo quod circa reum  
ex præsumptionibus convincendum & condemnandum iustum est. hic  
Erf. d. XI. Octobr. 1732. habit. Tortura enim tantum adhibe-  
tur, ut Judicii de veritate delicti constare possit, quæ non dum  
manifesta est. RICHTER. Part. III. dec. 3. est quippe tortura  
medium veritatis indagandæ in factum extremum, extraor-  
dinarium, à quo tanquam duro & fallaci quodammodo, di-  
citur enim res fragilis & periculosa, cui fides non semper, nec  
tamen nunquam habenda L. 1. §. 23. ff. de Quæst. & toties est  
abstrahendum, quoties adeat convincendi reum ordinarium  
L. 8. ff. ibid. TABOR. de tortura. c. 5. n. 47. sqq. ac non nisi in  
delictis atrocibus & atrocissimis, quæ & atrociem & atrocissi-  
mam merentur poenam, adhibetur. C. 1. X. Depos. jcl. L. 23. §.  
4. ff. ad L. Aquil. L. 8. ff. de Quæst. CARPZ. P. III. qu. 119. n. 3.

§ 7. LAVTERBACH. Colleg. Pract. Lib. 48 Tit. 18, n. 49. DE LYNECKER. Resp. 159. Vol. I.

## §. XV.

V. rat. execut. Crimine itaque ritè probato, reoque aut confessio aut Sententia criminis convictio, juxta Ordin. Crim. Carol. V. art. 22. ibi. Dann soll minal. jemand zu peinlicher Strafse verurtheilet werden, das muß aus eigenen Bekennen oder Beweisung beschehen, vid. VIGEL ad h. l. ad damnationem proceditur, quæ quoad conditionem & jura rei statim effectum suum habet. L. 2. §. 1. & L. 10. §. 1. ff. de Pœn. & regulariter sine mora executioni mandari debet, quoniam ultio differenda non est, ne spacium detur crimino-  
pis poenas evitandi. L. 18. C. de Pœn. L. 1. & s. C. de Custod. reor. & damnatus, qui nobis testamenti factionem retinet, publicatâ ei sententia capitali, triduo ante supplicium in conclave separatum haud obsecrûm deducitur, mors imminentis indicatur, & minister ecclesiæ ei adjungitur, quo se se piè ad mortem præparare possit. ORD. CR. art. 79. per quos dies & ei poculum hilaritatis, ita tamen ne inebrietur, porrigitur & illi lautiores cibi offeruntur, quod auditur: die Hencfers. Mähr. zeit. Die executionis instantia in curiaæ conclavi judiciali se-  
parato, versus statuam vindicis, quam vulgo Rolandinam credant, vid. DU. GVDEN. Hist. Erfurt. pag. 68. (statuæ enim Rolandinæ non à Rolando Turpini filio, sed à Rüges & Land: dictæ. vid. RHET. de stat. Roland. c. 1.) judicium criminale pu-  
blicè exercetur: Es wird das Hoch-Noth-Peinliche Haß-Ges-  
richt geheget. Delinquentे civibus armatis & lictoribus ad-  
ducto, species facti cum sententia capitali denuò ei prælegitur & publicatur, baculus colore albus à Judicij Voigteo frangi-  
tur, ORD. CR. art. 96. j. et. art. 82. & 87. carnifici, ad senten-  
tiæ exequendam traditur, ligatur, & à dicto Judicij Voigteo,  
Duumviris. v. ORD. DVVMVIR. Tit. 56. Capitaneo ci-  
vico, unâcum civibus armatis, lictoribus & carnifice ad lo-  
cum supplicii trahitur, & in hac via tremenda poculum hil-  
aritatis, si velit, tandem ei modice porrigitur, ut eò facilius  
animi mœtorem, propter instantem mortis horam, remittat,  
jussu Regis LAMVEL Prov. c. 31. v. b. & 7. Gebet slac. Getrân.  
ge

¶e denen, die da umkommen sollen, und den Wein den betrüben Seelen, daß sie trinken und ihres Elendes vergessen, und ihres Unglücks nicht mehr gedachten. vid. MARC. XV. v. 23. Abominandus tamen est abusus, ubi mens nimio vino gravata, cœlestia ne quidem cogitare valet, quod & ipsa CONST. CR. art. 79. Und ihm in den Ausführen und sonst nicht viel zu trinken geben, dadurch seine Vernunft gemindert werde: innuit; & tandem à Clericis ad mortem præparatus ORD. CRIM. art. 102. animorum quippe major quam corporum ratio habenda est, N. 115. c. 3. §. 14. publicè, ad evitandam nimirum injuriæ suspicioneum, & ad spargendum in plures terrorem, pro modo, ut in sententia præscriptum, plectitur. arg. L. 8. §. 1. ff. de Pen. Executione rite peractâ Voigetus Judicij ad interrogationem carnificis: Herr Richter habe ich recht gerichtet? respondere solet: Du hast recht gerichtet, was Urtheil und Recht mit sich bracht hat. Vid. ORD. CRIM. art. 98.

## S. XVI.

Huc usque de pœnaru[m] constitutione, impositione & VI. rat. aggra-  
executione: reliquum est, ut de earum dissolutione, qua sit <sup>tiationis.</sup>  
veniā ac remissione paucis agamus. Est autem remissio de-  
bita pœnae condonatio: nemo vero pœnam remittere potest,  
nisi qui jus eandem fanciendi habet, nimirum ubique summa  
potestas. Quamobrem hoc jus inter Majestatis jura sive re-  
galia recte refertur, quod hodie, ut & multa alia Majestatis  
jura cum S. T. ad Principem Electorem Mog. ab antiquo tran-  
sift, qui delictorum gratiam facere potest. conf. R. A. Spir. de  
en. 1626. §. Es soll sich auch. LIMNAEVVS in J. Publ. IV. c. 8.  
n. 268. pœnam vel remittendo vel mitigando: Gnade für  
Recht gehen lassen. vid. BESOLD. Cl. I. Disp. Polit. 3. tb. 4. ita  
tamen, ne legum auctoritas impunitate resolvatur, aliquie de  
iniquitate queri possint: publicè enim interest, poenas non  
facile remitti. L. 14. C. de Pen. Judicia quippe publica ad  
totius civitatis salutem comparata sunt, ut innocentie  
præsidio sint, malis terrori, ut delicta puniantur, & alii  
exemplo commonefacti similibus flagitiis abstineant. L. 13. ff.  
de offic. Præf. ideo in sententiis ponit solet: zu Straß der Mis-  
sehabs

sethat, und andern zur Abscheu. An autem Princeps poenam homicidii capitalem remittere possit, tenendum esse putamus: quod quidem ratione homicidii culposi & casualis affirmativa procedat: ratione doloſi autem omnino negativa: Nam licet tam jure naturali quam divino positivo universali optimè defendi possit: Principi competere jus dispensandi in homicidio doloſo. vid. Dn. THOMAS. *Dissert. De jure aggravandi Principis Evang. circa homicidium doloſum.* ob praeceptum tamen divinum politivum universale, Genes. IX. v. 6. *Quicunque sanguinem hominis fudit, ipsius etiam sanguis fundetur per hominem.* quoad praxin quilibet Princeps conscientiosus etiam haſtabit, & tutissimam eliget viam, si à dispensatione in ejusmodi caſu abstineat: vid. *Supr. §. II. b.* quibus quoque Eminentissimus ac Serenissimus Legislator, piissimæ memoriae in ſepiuſ laudato *EDICTO DVELL. Art. III. verb.* zumahlen Wit über vergossenes Menschen Blut keines weges dispensiren, ſondern ſolches dem Richterlichen Ausspruch lediglich überlaſſen wollen, clementiſſime conſentit.

## SECT. II. *De Civilibus Erfurti singularibus.*

Singularia ci-  
vilia Erfurt.

**V**irtus civilis, cum sit prudentia recte consultandi de iis, quæ Reipubl. sunt, NOLD. *de Stat. nob. civ. c. 3. n. 85.* ita moderna Jurisdictio ex cujuscunque loci consuetudinibus & ordinationibus petenda & dijudicanda, conf. Dn. THOMAS. *Diss. de Jurisdict. & Magistr. differentia secund. mores Germ.* & Statutis omissa in dispositione juris communis manent, L. 6. ff. de condic. caus. dat. & quod statuta non dicunt nec nostrum est dicere, neque per subaudita vel tacite intellecta ſupponendum STRVV. c. n. Müller. in S. J. Civ. Exerc. II. p. m. 90. tb. 43. d. Nec jus Romanum, licet Secul. XV. in Germanicis foris invaluerat, juri patrio virtute propriâ derogat, & ſic, qua huic contrarium, non est attendendum, niſi uſu contrario juvari probetur, alioquin jus domesticum vigore praefumitur. v. Dn. BERGER. *Oecon. Jur. p. m. 34.* & Supr. Proem. Ita singularia nostra

nostra, quæ ratione personarum vel causarum contra vel præter jus commune ex singulari causa statuta, in considerationem nostram veniunt.

### TITVL. I.

#### De Successionibus ab intestato.

##### §. I.

**J**Am videamus, quid ratione casuum successionum ab intestato in statutis nostris noviss. singulariter sancitum; non sionis ab inter quidem quatenus juri Cæsareo, in subsidium & hic recepto, in stato, & quiccasibus non dum decisum, convenit, sed quatenus illud iudicium nostro Provinciali introductum, normatum & promulgatum est: Quod autem statutum modum succedendi à jure civili ordinatum immutare possit, vel testantium voluntates restringere, eisque quosdam terminos praescribere, denuò moneo vid. PROOEM. b. Ab intestato autem succedere nobis est successio legalis, quando deficiente prospetione hominis ex LL. Provincialibus nostris & in subsidium Romanis succeditur. vid. STATUT. ERFVRT. noviss. In Successions-Gällen ab intestato pr. ibi: inf. Als haben Wir aus Landes-Fürstlicher Macht und Hoheit überwähnte Statuten von Erb-Gällen, da keine Pacta, Testamente, oder andere lechte Willens-Verordnung obhanden, in gewisse Ordnung bringen, wo es nichts befunden worden, nach gemeinen Kaiserlichen Rechten einrichten, oder sonst verändern lassen. Successio enim ex testamento successioni ab intestato prefertur. SCHNEIDEW. ad J. tit. de hered. quæ ab intest. desert. ad rubr. n. 7. & statuta de successionibus disponentia intelligi debent ab intestato L. 1. §. 5. C. de legit. hered. vid. WESENBEC. P. IV. Conf. 191. n. 8. p. m. 660.

##### §. II.

Statuta autem haec nostra successionis ordinem naturalem per omnia ferè observant: conf. TACIT. de M. G. c. XX, ita, ut secundum TIT. I. Von Successions-Gällen derer in absceßender Linie begrißenen. Primitus & per excellentiam, exclusis omnibus ascendentibus & collateralibus, & aliis quoque descendantibus ulterioris gradus: nepotes enim non succedunt,

G

cedunt,

cedunt, quando pater eorum est superstes, ad successionem vocentur:

i) Descendenti.  
tium.

I.) Descendentes: Liberi nimirum naturales & legiti-  
mi simul, qui ex justis nuptiis seu legitimo matrimonio nati  
sunt, *Ehelich gebörne Kinder, L. Filiū definitus. b. ff. de his qui  
sui vel alien. &c. remotā omni sexus differentiā, nullaque ha-  
bitā suitatis aut potestatis ratione, sive sui sint, sive emanci-  
pati: liceat enim patria potestas emancipatione tollatur, jura  
tamen naturae & sanguinis per eam mutari non possunt, &  
hodie solā naturali causa inspectā, parentibus liberi succedunt,*

primi gradus, secundum computationem civilem, qui aqua-  
liter in capita succedunt: hinc si defunctus reliquerit plures  
filios ejusdem scil. & linea & gradus, hereditas inter eos jux-  
ta numerum personarum dividitur, ut quot sint succendentium  
capita, tot fiant partes, & singuli singulas, sive viriles &  
æquales portiones auferunt: *Sic viel Mund, sic viel Pfund. §.  
I. b. cum & ipsis iure divino hæreditas patris debeatur GENES.  
II. v. 31. GAL. IV. v. I. GROT. de J. B. & P. Lib. II. c. 7. n. 6. imo  
& naturalis ratio, tanquam lex quædam tacita, & commune  
parentum votum, horumque erga liberos charitas, ipsis liberis  
hereditatem parentum addicit, & destinat successionem, ut-  
pote per quos illi quodammodo post mortem victuri sunt, &  
memoria eorum conservabitur. vid. PEREZ ad J. p. m. 265. ul-  
teriorum autem graduum descendentes nepotes scil. & pro-  
nepotes non viritim sed in stirpes veniunt, & tantam de he-  
reditate accipiunt partem, quotunque eorum fuerint, quan-  
tam illorum pater aut mater, si viverent, accepissent; §. 4.  
b. & vulgo dicitur: *in die Stämme gehen, oder der Stämme  
Theil nehmen.* Quod licet cum patruis concurrant, aut soli  
extent, ita procedit, in infinitum enim jus repräsentationis  
obtinet. §. 5. b. conf. *Dn. WERNHER Observat. Vol. V. P. VII.  
Obs. 169.* nec obstat: quod proximior in gradu remotorem  
excludat: in descendentium enim ordine haec regula locum  
non habet, quia ipsi nepotes in locum patris sui intrant §. 6.  
*J. de hered. que ab intest. & hoc dicitur jus repräsentationis:  
& nepotes ex diversis filiis, variis numero ayo succedentes**

ab

ab intestato, non virilibus portionibus, sed ex stirpibus succedunt per L. 2. C. de suis & legitim. quod quoque in pronepotibus & anterioribus descendantibus procedit. d. §. 6. & f. I. de hered. que ab intest. & omnes alios excludunt consanguineos, nisi quod parens in portione virili concurrat: §. 6. b. & Tit. IV. §. 3. Sic etiam liberi ex diversis matrimonii nati, bona quæ eorum sunt paterna aut materna, inter se, exclusis illis, ex alio matrimonio natis, æqualiter dividunt, sublato aquæstus jure §. 2. & 3. b. i.e. diversorum matrimoniorum liberi, communi parenti æqualiter, diversis separatim succedunt, seu liberi, qui partim proprium, partim communem parentem habent, proprio parenti succedunt, omnes autem communi, exceptis tamen bonis, quæ à patre seu matre defuncta ad patrem vel matrem pervenerunt: hæc enim præcipua habent liberi prioris matrimonii, quia hi statim à secundis patris aut matris nuptiis eorundem bonorum proprietatem consequuntur, in tantum, ut parens superstes retineat, cœteris paribus, solum usumfructum, Tit. IV. §. 4. qui post ejus mortem ad liberos prioris matrimonii revertitur. conf. Dn. BERGER. Decon. Jur. pag. 448. Ceterum singulare nobis est, quod liberi nondum educati impuberis, cum adultis concurrentes, portionem ratione alimentorum aliquam secundum vires hereditatis præcipuan & aqualem excedentem, nanciscantur; §. 7. b. hocque contra jus commune. vid. CARPZ. P. III. c. 13. d. 33. WERNHER. Vol. VI. P. X. Obf. 486. p. m. 869. hac vero omnia de liberis naturalibus & legitimis simul, nec non de legitimis per subsequens matrimonium per Gl. in C. tanta X. Qui filii sunt legit. & Nov. 89. Cap. Et quoniam 3. intelligenda, alii e. g. legitimi tantum seu adoptivi, legitimati per rescriptum Principis, naturales &c. sub dispositione juris communis manent §. 9. b. nec ad successionem, existentibus liberis legitimis, admittuntur; v. CARPZ. Dec. 167. n. 6. sq. nec princeps legitimando censetur liberis justis voluisse prejudicare, imo non solet iis extantibus naturales pronunciare legitimos. Et casus hic omisi,

quæque ratione conferendorum dicenda venirent, secundum  
NOV. 118. c. 1. metienda sunt. §. f. b.

2) Ascenden-  
tium.

Liberis non extantibus, & ordine naturæ turbato  
II.) Ascendentes i. e. Parentes, maioresque nostri, à quibus  
geniti & procreati sumus L. 4. §. 2. § 3. ff. de in Jus vocand.  
vid. Tit. II. Von Succession derer so in aufsteigender Linie be-  
griffen. semotâ omni linearum & sexus differentiâ, §. 4. b.  
N. 118. c. 2. nec non distinctione bonorum paternorum & ma-  
ternorum; §. 5. b. ita quidem, ut si soli extant, proximiores  
gradu excludant remotiores: §. 1. 2. 3. § 4. b. Sic pater &  
mater, si ambo supersunt & soli extant, pariter & æqualiter  
filio defuncto succedunt, exclusis avis paternis & maternis,  
nec pater hodie in successione filii, ut olim de jure veteri  
præfertur: Justinianus enim qui sexui muliebri favit, hoc  
correxit, ad naturam puerperium reficiens, periculum &  
mortem sœpe ex hoc casu matribus illatam, ut dicitur in §.  
Sed nos. 4. J. de SC. Tertul. Unde in L. Affiduis 12. §. 1. C. qui  
pot. in pign. Imperator inquit: *Quis mulierem non miseratur,*  
*propter partus periculum & liberorum procreationem?* quod in-  
fans ante partum matri sit onerosus, in partu dolorosus, post  
partum vero laboriosus, quo cum respondet Nov. 127. c. 1.  
matre vero mortua, pater avum maternum excludit, etiam  
quoad bona, quæ ad filium à linea materna proveniunt, &  
contra, patre mortuo, mater quoque excludit avum pa-  
ternum §. 3. b. Sic etiam avus & avia excludit proavum &  
proaviam. §. 2. b. Quodsi vero horum essent plures in lineis  
diversis, æquales quidem gradu, sed dispare numero e. g.  
in linea paterna avus & avia, in linea materna tantum  
avus vel avia, tunc succedunt in lineas five in gene-  
ra, non in capita, seu in numerum personarum; §. 6. b. di-  
videretur ergo hereditas in duas partes, & unam mediata-  
tem linea paterna alteram materna accipiet: Sin autem ascen-  
dentes non soli extant, sed cum defuncti collateralibus con-  
currunt e. g. parens vel ulteriores ascendentes cum fratribus  
germanis horumque filiis, qui in stirpes veniunt, con-  
sanguinei enim & uterini non admittuntur, §. 8. b. hereditas  
in

in capita dividitur, & parens portionem virilem consequitur, §. 7. 8. & 9. b. ultra fratum sororumve filios vero cum ascendentibus nemo concurrit, quia ultra istos in linea collaterali jus representationis non extenditur. vid. Tit. III. §. 4. & 8. b. conf. AVTH. Post fratres. C. de legit. hered. Sic etiam hic alii conjuncti e. g. patruelles, materteræ &c. à successione ab illis arcentur. §. f. b. Deficientibus & ascendentibus:

III.) Collaterales: seu transversales ex latere juncti, vid. 3) Collaterales Tit. III. Von Succession derer Seiten Verwandten conf. NOV. luum.

118. c. 3. & N. 127. pr. & Cap. I. & quidem utriusque sexus, qui eundem patrem & candem matrem habuerunt, vid. LAVTERBACH, in Diss. de singul. fratr. iure §. 2. sqq. fratres vel sorores naturales sc. & legitimi simul seu germani in capita §. 1. b. horumque filii jure representationis in stirpes: §. 4. b. & hi §. 6. b. & illi §. 2. b. excludunt fratres ex uno tantum latere junctos, tam consanguineos, quam uterinos, conf. WESENBECK. P. IV. Conf. 180. n. 1. § 7. licet soli extent fratrum filii, & hoc casu ob paritatem gradus, hereditas in capita dividitur: §. 5. & §. 10. b. descendentes enim collateraliter succedunt ex jure suo, sc. representationis, tanquam proximi gradu. vid. WESENBECK. d. l. Conf. 187. n. 5. & 9. Post fratres germanos horumque filios, qui nepotes fratri & sororis, nec non proneptos: §. 8. b. representatione enim in collaterilibus ultra fratum filios non extenditur, cum collateralis ab alio collaterali sauginem suum, uti descendentes, non trahunt, ut & alios parentibus junctos, §. 10. b. excludunt: veniunt fratres & sorores consanguinei & uterini §. 6. b. horumque liberi, hi enim cum illis in stirpes succedunt, §. 7. b. sublati bonorum: an scil. sint paterna an materna, discrimine, æqualiter; §. 3. b. hocque jus succeedendi tanti est ponderis, ut fratres vel sorores ex uno latere tantum, horumque filii, patrum, seu patris fratrem, amitam, seu matris sororem, item avunculum, seu matris fratrem, sive personæ istæ ex uno sive ex utroque latere junctæ sint, à successione excludant, §. 9. b. conf. AVTH. Post fratres. C. de legit. hered. Sin deinde neque fratres neque eorum filii, cujuscunque sint gene-

ris, extant, ulterioris successionis ab intestato fundatum, regula juris docet: Proximior in gradu excludit remotiorem, nullo inter agnatos cognatosque discriminé, & hereditas inter eos, qui parem seu aqualem occupant gradum, in capita seu æqualiter dividitur; haec tamen ad decimum tantum gradum, non in infinitum obtinent. vid. Tit. V. de success. Fisc. conf. STRUV. S. J. Civ. Ex. 38. tb. 35. STRYCK. Diff. 3. c. 1. §. 29. Sic patrueles & materteræ vocantur, it, avunculus & patruus, si neque fratres neque eorum filii adsunt. §. 11. b. Ceterum statutis his haud contrariatur, quod si quis duplice ratione defuncto junctus sit, duplē etiam capiat portionem conf. RICHTER. Scff. 3. M. 4. n. 26. Deficientibus denique omnibus agnatis & cognatis

## 4) Conjugum.

IV.) Conjuges: Tit. IV. Von Succession derer Eher-Gatten/ wenn selbige allein vorhanden/ oder mit des abgelebten Descendenten/ Ascendenten/ oder Collateral-Freunden concurrit, vid etiam AVTH. Præterea C. Unde vir & ux. HORN. Cl. 8. Resp. 37. p. 519. STRYCK. de success. ab intest. p. 347. WERNHER. Observ. Vol. II. P. 3. Obs. 67. n. 1. sqq. & Vol. I. P. 2. Obs. 485. qua ratione arctissimi vinculi una caro, omnis ejusque individua vitæ divini & humani juris socii, §. 1. J. de Patr. post. omnis fortunæ & casuum participes, L. 22. §. 7. ff. solut. matr. omnium rerum, constante matrimonio quadammodo domini L. 1. ff. de Act. rer. annot. vid. WESENBEC. d. l. P. 4. Conf. 191. n. 13. dicuntur, de quibus quondam Germani crediderunt, iis sanctum aliquid & providum inesse, carumque consilia & responsa neque penitus neglexisse, ut ait TACIT. Lib. XII. ann. 40. & de M. G. c. 8. Pro conjugibus autem habentur & juribus statutis gaudent illi, qui per copulationem sacerdotalem verè copulati sunt, §. 15. b. nec nobis ascensio thalami requiritur: conf. WERNHER. a. l. Vol. II. P. 3. Obs. 33. p. m. 77. & quidem, si soli extant, nec per pačta dotalia inter illos aliter dispositum, ad quæ primariò respiciendum §. 1. b. v. STRUV. cum not. Muller. Ex. 38. tb. 40. n. u. sqq. prædefuncti erunt heredes in solidum: §. 2. b. statutum quippe, quod conjugi superstiti hereditatem desert, intelligi debet

( 55 )

het de casu, ubi defunctus neque liberos, neque parentes reliquit. conf. WERNHER. d. l. Vol. II. P. 4. Obs. 66. p. m. 215. Ut autem et felicius haec expediantur, inter conjugium secundum & inseundum seu improle, deinde inter unum conjugium & plura distinguamus. Quod ergo unum idemque secundum conjugium, ex quo liberi extant, concernit, statutum est, ut conjux superstes cum liberis concurrens, portionem virilem quoad proprietatem consequatur §. 3. b. ibi: Ohne Unterschied derer Kinder Anzahl mit der Portione virili oder Kindes Theil quoad proprietatem sich begnügen lassen. conf. WESEN-BEC. P. IV. Conf. 187. n. r. retento totius hereditatis usufructu, modo liberi separatae oeconomiciam non instituant, aut alio modo à mensa paterna seu materna se non separant, licet parens ad secunda vota properet: §. 4. b. conf. L. 3. §. Artk. Uxore. C. de secund. nupt. Si enim viduus vel vidua ad secunda vota transit, neque cum liberis prioris matrimonii bona dividit, tunc legale inventarium vel juratam specificationem de praedefuncti parentis bonis edere obstrictus est, nam hanc deficiente in item juramentum admittitur: §. 11. b. liberis autem, si è familia & cura parentis, superstitis, instituendo separatae oeconomiciam excedunt, parens in viduitate manens, medietatem portionis usufructuarie tantum extradere tenetur, in parte altera usufructu ad dies vita retento; §. 5. § 6. b. secus si viduus vel vidua non cum liberis, sed cum ascendentibus aut collateralibus concurrat; hoc enim in casu pars in viduitate manens, totius hereditatis usumfructum, cautione desuper præstata, §. 13. b. retinet (nisi cum parte viduata parens concurrat, superstes enim hoc pacto portionem legitimam statim extradere tenetur §. 14. b.) & quoad proprietatem quadrantem hereditatis accipit. §. 13. b. Et si defunctus inter liberos & conjugem superstitem aliter uti sanctum, disposuerit, valebit, medietatem bonorum modo non absorbeat, nec portionem statutariam aut liberorum legitimam, quæ secundum jus Röm. computanda, nisi quod parens cum portionem virilem consequatur, etiam numeretur, §. 9. b. gravet: §. 8. b. ita conjux conjugem neque exheredare,

redare, neque quotam seu portionem statutariam per testamentum minui potest, nec adimi queat; vid. Dn. BERGER. in Oecon. Jur. p. 471. nam quota Conjugi ex Statuto debita legitimæ liberorum adæquatur, WESENBEC. P. IV. Conf. 191. n. 10. 16. § 25. nisi in totum seu quoad vinculum separati sint, conf. TITIVS in Obs. ad Lauterb. p. 1317. ibi: Partem non centem omnia jura, quæ vel ex statutis vel pactis ipsi competunt, amittere, sed innocentem utraque retinere. L. un. §. 1. ff. unde vir & ux. quæ enim divertit non videtur conjux, aut saltē non digna præmio. BRVNNEM. Cent. t. Dec. 23. WERNHER. Vol. IV. P. VI. Obs 274. p. 464: Quod si mater vidua portionem statutariam desiderans, cum liberis defuncti concurrat, tunc legitima computabitur, ex bonis defuncti parentis tantum, non quidem detracta prius portione statutaria, sed tamen detractis prius illis bonis, quæ ad uxorem proprio jure pertinent, sive ad maritum illatis: legitima enim ex aliis bonis computari non potest, nisi quæ ad ipsum defunctum pertinuerent. vid. STRYCK. U. M. ff. de in offic. test. §. 18. Ceterum sicuti acquestus omnis hereditati paternæ, §. 7. b. & §. 2. Tit. t. ita contra, arrha sponsalitia, dona à viris in die natalitiæ, nominis, nundinarum, nativitatis Christi &c. uxoribus facta, nec non bona alia ex re mariti uxoribus non evenientia, e. g. hereditatibus, donationibus, vel beneficio fortunæ acquisita, hereditati maternæ adnumerantur. §. 15. b. Probe tamen notandum, quod ea, quæ hūc usque de successione conjugum dixi, tantum sint intelligenda, si liberi cum patre vel matre concurrant, secus si cum Vitrico aut Noverca; secundum enim matrimonium vel est sterile vel fœcundum, hoc casu cum Vitricus respectu liberorum à se genitorum revera pater, & Noverca intuitu liberorum à se procreatorum revera mater, suam portionem statutariam salvam habent: §. 3. b. illo vero casu, si nempe matrimonium fuerit sterile, Vitricus aut Noverca cum liberis primi matrimonii concurrens, recedit inanis, quia Vitricus nec proprie Pater neque Noverca proprie mater est. Adeoque sub nomine patris & matris in statutis expresso non continentur, neque ad

ad hos contra naturam statutorum strictè & propriè interpretandorum lex provincialis extendi poterit, præfertim cùm rubrica *huj. Tit.* generalis & in §§. b. t. occurrentia verba *Ehe. Gaste* per §. 10. b. suum habeant determinationem: Hic enim §. de Vitrico & Noverca tantum agit, reliqui de parentibus naturalibus. Ut jam nuper *Magnificus* hujus Dissertationis Dn. Præses in programmate d. 30. Aug. 1733. publicato, solidissime demonstravit. Et tandem

V.) Fiscus Principis Electoris Moguntini: vid. *Tit. V. b. §. Fisci. De Successione Fisci*: deficientibus scil. descendantibus, ascendentibus ad decimum usque gradum, collateralibus, & Conjugi. conf. L. 4. C. de bon. vacant. & Dn. STRYCK. de Success. ab intef. D. V. §. 46.

## TITVL. II. De Jure Retractus.

### §. I.

**J**us protimiseos seu retractus à retrahendo h. e. rem im-II. rat. Juris mobilem, maximè per venditionem ab aliquo in extra-retractus. neum translatam, revocando: in vernacula *Näher-Recht oder Wiederkauffs-Recht* dictum: vid. ORDINAT. RETRACTVS no-viss. nosl. pr. conf. WEHNER. Obs. præct. voc. *Lösung*: est jus, certis quibusdam personis in bona vendoris competens, vi cuius alii emtoribus præferuntur, si ejusmodi bona, refuso pretio intra certum tempus legitimè ad se retrahere cupiunt: Et hoc jus seu facultas totius verè Thuringia consuetudine & observantiâ ab antiquo introductum reperitur. vid. FRITSCH. in Suppl. BESOLD. in *Thüringischen Gewohnheiten*. STRVV. *Jurispr. Rom. Germ. Lib. III. Tit. II. §. 34. SAGITTAR. Antiqu. Ducat. Thur. Lib. IV. c. 7. §. 5* & in præfentiarum vigeret. Videmus igitur secundum dict. ORDINAT. RETRACTVS nostram de Ao. 1702. clementissimè publicatam:

### §. II.

I.) Quibus ex causis seu capitibus jus hoc retractus ad-<sup>1)</sup> in admisso-mittatur: & sanctum invenimus, retractum nobis valere: ne.

1.) Ex capite consanguinitatis. Retrahere autem im-

H pri-

primis possunt A.) Descendentes, liberi scil. res avitas à parentibus venditas, sive sint masculi, sive foeminae, & licet in potestate parentum existant, bonis modo separatis gaudentes, quamvis heredes erint parentis. conf. BERLICH. Lib. II. Cl. 39. n. 16. *sqq.* huic juri needum præscriptum: vid. *Quæst. V. b. Ord. RICHTER. Dec. 76. n. 13. sqq.* B.) Ascendentibus in infinitum; & C.) Collateralibus, ad gradum usque octavum incl. computationis civilis & quidem venditori tempore celebrati contractus, vid. WERNHER. Vol. IV. P. VI. *obf.* 418. p. m. 678. proximioribus, licet forte quis extet, qui stipiti, à quo res pervenit, sit propinquior, ZOES. n. 84. RICHTER. d. l. n. 30. omni semotâ bonorum differentiâ, an scil. hæreditaria, an aliundè quæsita sint. Ascendentes & collaterales in gradu æquali retrahentes, bona, siin commode dividenda, secundum jus commune dividunt, vid. WERNHER. Vol. VI. P. IX. *Obf.* 139. p. m. 212. siin minus, uni retrahentium per fortē addicuntur. vid. *Quæst. I. b. Ord. n. 1. conf. RICHTER. d. l. n. 18. § n. 105. sqq.* Proximiores autem hoc jure non utentes, proximè sequentes rectè retrahunt. CARPZ. P. II. c. 31. d. 19. c. 32. d. 20.

2.) Ex capite dominii directi, sic domino emphyteutæ in re emphyteutica competit, L. f. v. Sed ne hac occasione C. de Jur. Empb. nec nobis ad alia bona merè censitica extensem: num. IV. b. Ord. sed illud ex jure colummodo congrui & vicinitatis hic viget, ita, ut bona injuria temporum divisa, reunirentur, num. II. b. e. g. Mevius partem fundi censitici & Sempronius alteram habet, tunc ille in hujus & hic in illius fundum censiticum retractum exercere potest, domino censitico planè excluso, nisi sit dominus feudalis aut emphyteicarius, qualia tamen bona hodie nobis haud obveniunt num. IV. b.

3.) Ex capite communionis seu incolatus, quo municipes & incolæ præ extraneis & illis veniunt, qui in districtu, quo bona in urbe aut pago sita, non sunt possessionati: ZOES. b. n. 36. RENNEMANN. M. 3. D. 33. tb. 44. *sqq.* haec autem ratione totius villaæ emtoris, cum extranei forenses nostri fuunt, haud intelligenda. num. III. b. conf. CARPZ. P. II. c. 31. d. f.

4.) Ex-

4.) Ex capite societatis, num. VI. b. ita socio conceditur, ut retrahere possit partem rei communis extraneo venditam. conf. FRIDERIC. CONST. Sancimus V. F. 13. 14. 15. & 16.

5.) Ex capite pauci seu contractus, secundum L 75. ff. de contr. emt. hâc tamen additâ cautione: quod actio ex contractu consuetudinario e.g. consanguinitatis, congrui, tanquam realis seu in rem scripta, contra emtorem, qua posse fore, actio vero ex contractu conventionali tantum contra venditorem ad interesse competit. conf. CARPZ. P. II. c. 32. d. 8 - 22. Præterea in concursu plurimorum ex diversis capitibus retrahentium, primò veniunt consanguinei, deinde illi, qui ex capite dominii directi & jure congrui, postea illi, qui ex capite communionis vel societatis retrahunt, & tandem illi, qua convicanei. num. VI. b. Ord.

### §. III.

Nunc II.) facile dijudicandum, quibus ex causis re<sup>-2)</sup> in negatio tractus apud nos admitti non debeat: nimur ille non ne valet:

- 1.) In bonis ut dict. merè censiticis. vid. supr. n. 2. §. II. b.
- 2.) In affinitate tantum junctis.
- 3.) Ex jure merè vicinitatis: Aus dem bloßen Nachbar-Rechte ohne Gespilde. conf. RENNEMANN. M. 3. D. 33. tb. 50. § 54.
- 4.) Ex jure crediti aut
- 5.) Locati. vid. Quæst. II. n. 1. 2. 3. & 4. b. Ord.
- 6.) Primæ licitationis, &
- 7.) Ex cessione extraneo facta. vid. plur. GAIL. Lib. II. Obs. 19.

### §. IV.

Contrahentes igitur III.) emtor scil. & vendor, retrahent<sup>-3)</sup> Cautela. Etum metuentes, curare debent, ut illi, cui jus retractus competit, actus emtionis - venditionis ritè denuncietur & defupper interrogetur: an retrahere cupiat nec ne? Quod si juri suo renunciet, conf. STRYCK. de success. ab intest. D. 6. c. 4. tb. 35. salva res emtori erit, & retractus locum non inveniet, secus si denunciatus apodicticè haud se declararet: hoc enim in ca-

ſu retrahens intra tempus præfixum rem retrahere potest: vid. *Quæſt. III. p. t. b. Ord.* nuda tamen Scientia, rem esse alienatam, tempore statuto non dum elapsa, jus hoc non impedit. conf. *BERLICH. Dec. 40. n. 49.*

## 4) Cautela.

Quod si vero IV.) bona per emtionem - venditionem universalem alienentur, pretio non singulorum fundorum, sed omnium universaliter & in una summa, ut dicitur, determinato, tunc retractus à tali emtore exspectare tenetur, an singula tantum bona retractui obnoxia, prævia proportionata taxatione, an vero omnia in universum cedere velit retrahenti, ita, ut hoc casu bona singularia tantum retrahens, nec audiatur. vid. *Quæſt. IV. b. Ord.*

## 5) Praescriptio.

Denique & quoad V.) sanctum: quod juri nostro retractus, per terminum sex septimanarum, ratione scientiae utilium, præscribatur: ita, ut his elapsis, nullus, etiamſi sit pulsus aut minor, ex quaqua licet cauſa ad retrahendum admittatur. vid. *Quæſt. V. b. Ord.* Coetera secundum jus commune expediuntur. conf. *REINKING. de Retract. gentil. STOLL. de Jure retract. gentil. & ZOES. de Retract. qui tr. Commentar. ad ff. Lib. 18. tit. 3. insertus.*

## TITVL. III.

## De Censu dict. libero: germ. Freyziß.

## §. I.

III. rat. Census  
liberi dict.

## 1) Origio.

**Q**uamquam ratione hujus census dict. liberi vernac. Freyziß, multa ab antiquissimis proferri possent probabilia, attamen illa, ut maximè obscura & incerta, ad finem nostrum haud quicquam facientia, ob paginarum angustiam, omittemus, & aliarum, sententiam à Dn. SERARIO in reb. Mogunt. L. III. p. 346. seqq. prolatam, hic tantum referemus. Censum vero hunc à temporibus Christianismi in Thuringia seminatis, ut ut probabiliter derivat: quo cum consentit RENNEMANN. in *Jurispr. Rom. Germ. Membr. II. de Jure rer. Disp. 58. §. 10. not. a.* ibi ad verba: *Quod à Religionis exordio id (jus censiticum) in hisce regionibus sunserit initium: seq. notat. Quan-* do

do nempe Ecclesie auditores, ad ostendandum suum, in studio Religio-  
nis zelum: ut & ad gratitudinem erga illos, qui se in doctrina pie-  
tatis informarent, declarandam, sua bona ipsi fecerunt censualia;  
cum ea, sub certa quadam recipiendi fiducia, illorum dominio subje-  
cerunt: Qui mox eadem restituerunt his: reservatō saltim sibi, in  
recognitionem domini, censu bujusmodi. Et hinc dubio procul  
apud nos, originem suam traxere census illi, qui vulgo liberi Greys  
Pfennige vocantur. & Dn. GUDENVS in his Erfurt. pag. 31.  
de origine census hujus sequentia tradit: Fuerant haec tenus ur-  
bis fundi Archi-Episcopo ministeriales, ipsi cultores glebae adscripti:  
Adalbertus illis & his libertatem concepsit, annuo tantum censu re-  
servato. Sit ut sit: hoc ad jus ipsum parum conducere, & rem  
hodiernis LL. metiendam esse, putamus, quod census hic <sup>2)</sup> Definitio.  
dict: Greysinß sit jus anni reditus perpetuò percipiendi,  
quod Archi-Episcopus & Elector Mogunt. Princeps ac Do-  
minus noster Clementissimus, in ipsa rei sue translatione, in  
veteris dominii memoriam annuatim praestandum & solven-  
dum, sibi retinuit, & quotannis in octava S. Martini, in Cu-  
ria Mog. Māpnische Hoff: dict: hujati Dn. Culinario seu <sup>3)</sup> modus sol-  
Præposito, in Praesentia Illustr. Dni. civitatis Prætoris, Judi-  
vendi cens.  
cii Provincialis Dn. Voigetii & Pedelli, quondam per dena-  
rium argenteum, in hunc finem hic cufum, hodie autem per  
quatuor & semifalem usualis moneta denarium, praestatur &  
solvitur: Mit 4. und einem halben Pfennige wird jeder Greys  
Pfennig bezahlet. vid. Greysinß Ordnung noviss. de publ. Erf. d.  
13. April. 1708. Tit. I. § II. RENNEMANN. d. l. §. 36. n. a.

## §. II.

Quod si census hic in dicta octava S. Martini debito mo- 4) multa  
do non penitatur, prælaudatus Dn. Culinarius morosi cen- morosi censi.  
sitoris nomen in schedulam notat, quam Judicij Dn. Voigte- toris.  
to hoc pacto tradit, ut illam in muro curiae civitatis adne-  
stere & pulsare curet; quo laudatus Voigetus una cum Pe-  
dello, Dnum. Culinarium Mog. ad dictam curiam equitan-  
do conducunt, & Pedellus schedulam muro adnectit, eamque  
malleo aliquo pulsat: & hæc in die D. Elisabethæ, audita ho-  
ra decima antemeridiana peragi solent. His ita peractis, Dn.

H 3

Culi-

Culinarius, Voigtetus & Pedellus revertuntur, & censitor morosus liberam unam, quæ nobis tres Imperiales & octo grossos efficit, Dn. Voigteo viginti & Pedello decem grossos, in mulctam solvere tenetur: & hæc mulcta sequente die duplicatur, & tertia die triplicatur, conf. RENNEMAN. d. l. §. 34. n.  
 a. ibi: In Censibus vero argenteis Dn. Archi-Episcopo Mog. hic loci, ex civium querundam adibus & agris exsolvendis (**beyden Silbernen Greypfennigen**) si solutio statò non fiat tempore in singulos multiplicatur (pena) dies, nisi solvendo censu, unacum mulcta, censitor moram pugaverit, Tit. III. b. quinimo censitor, trinâ dictâ pulsatione, vel potius publicâ citatione perfecta, in exsolvendo censu & mulcta per totius anni spaciun morosus, fundo censitico privatur; instituto nimirum à Dni. Culinarii Mog. Procuratore Processu Fronizationis dict. vi cuius bona dicta censitica commissa, subhastantur, reus aut ille, qui vices ejus sustinet, aedicitur, auditur, & omnia ut juris, ad sententiam usque ordinario procedendi modo peraguntur, & pro commissis judicatis, Curia Mog. adjudicantur & traduntur; dominus tamen fundi commissi intra annum pro moderato æquissimo pretio jure reliundi gaudet: Tit. IV. b. & hic singulare est admodum grave, quod censuarius non præstans debito modo & tempore censum, jure suo cadat, quod secus Jure civili. WESENDEC. P. IV. Conf. 169. n. 17.

## §. III.

3) Investitura. Alienatis bonis nostris censiticis liberis dict. in octava D. Martini, & quidem quotidie pomeridie investitura peragi solet, Tit. II. b. ita sc. ut prioris censiti familiae extraneus, laudemium solvere teneatur, quamprimum contractus super alienando initus, per traditionem consummatus, vel bona dict. censitica testamento aut donatione inter vivos vel mortis causa acquisiverit, Tit. X. b. Laudemium germ. **Lehn-Waare, Lehn-Geld.** à laudando dictum: quod dominus novum acquirentem, vel potius contractum quasi laudare videatur: est pars pretii, vel estimationis rei ex alienatione fundi censitici, domino directo, pro subscriptione, investitura, seu receptione in possessionem à novo acquirente perfolenda,

## 6) Laude-mium,

venda, ad hoc, ut is dominō obligetur, & dominum in ilius persona recognoscat. L. 3. ff. Si ager vel. i. e. emphyt. & est vel minus (impropriè) quod ministris solvitur, Schreib-Schilling: vel maius, (propriè) quod domino directo regulariter tantum in casu mutationis, quæ obtigit in manu serviente: An Seiten des Erbzins-Manns: non in dominante: An Seiten des Erbzins-Herrns: præstatur. RICHTER. Dec. 81. n. 116. § 119.

## §. IV.

Quantitas autem pecunia de jure nostro valde mode-<sup>7)</sup> ejus quantata, ita pensitatur, ut prior censitus in resignationem dominatas. nii IV. grossos: Einen Aufflaß-Schilling: novus vero acquirens, pro inscriptionis premio IV. grossos: Einen Schreib-Schilling: & si 1.) pretium emtionis &c. quinquaginta Flor. non excedit: pro receptione sui: Vor das Lehn-Recht XX. grossos: Fünf Schillinge: 2.) siin superat, & centenalem numerum Flor. attingit, duos Floren. quindecim grossos & novem denarios, & 3.) siin ultra centum Flor. fundus vendatur censiticus, aut alio modo & titulo lucrativo in familiæ extraneum alienetur, prior censitus, cuius nomen deleatur, in resignationem ut dictum IV. grossos: Aufflaß-Gesbüh: & novus acquirens, pro denis Florenorum, centum priorem præponderantibus IV. grossos, & per consequens in reliquo centenos Flor. unum Florenum, & novendecim grossos, de quolibet fundo censitico libero (von jeden Item) exsolvere tenetur: Von jeden 10. Fl. so das erste 100. Fl. übersteigen, wird 4 Gr. gegeben, mithin durchgehends von 100. Fl. 1. Fl. 19 Gr. Tit. V. b. ab hoc tamen onere consueto liberi, aliive heredes ab intestato succedentes, ut dict. planè immunes sunt, & pro inscriptionis honorario IV. grossos (Einen Schreib-Schilling) exhibent, ac unus pro se & coheredibus aut coheredibus suis, indivisam hereditatem possidentibus constiui solet, qui vocatur: Ein Lehn-Träger. Tit. VI. b. licet parentes bona hæc censitica liberis distribuissent. Tit. VII. b. vel datis loco tradidissent. Tit. IX. b. Ord. Cens.

## §. V.

8) Obligatio  
censoris.

Imprimis nunc officia novi successoris exposulant, ut corpus censiticum nonsolum meliorem reddat, *Tit. XIII. b.* sed illud etiam nec dolosè nec culposè deterioret; *Tit. XIV. b.* hinc Dn. Culinarius novum acquirentem stipulatâ manu adstringere tenetur, ut meliorem fundi censitici conditionem faciat, nec sine Domini consensu, neque servitutibus, neque hypotheticis *Tit. IX. b.* oneret, depravet, multò minus ea destruat, vel piis corporibus, vel ecclesiasticis personis ut manus mortuis, tradat, aut cedat. *Tit. XVI. b.* conf. RENNE-  
MAN. *Membr. II.* *Disp. 59. §. 14. n. 6.* ibique alleg. *STATUTUM*  
*ERFURT.* de an. 1281. & 1306. No. 29. *in med.* Emotor tandem & novus successor haud investitur, priusquam venditori ratio-  
ne contractus plenariè satisfactum, *Tit. IX. & XVII. b.* *Ord. Cens.*  
hōc vero in praxi quodammodo claudicare & Dn. Culinarii  
Mog. arbitrio subjacere videtur.

9) Differentia  
à bonis mere  
censiticis.

Differunt igitur reditus censitici nostri liberi: *Grey*  
à bonis mere *Pfennige:* non solum ab illis, qui ex bonis emphyteuticis, sed  
etiam ab eis, qui ex prædiis mere censiticis privatorum in  
singulos annos, imo & certa die, qui non omnibus, sed paucis  
quibusdam familiis, qua census hujusmodi, ut feudales à su-  
perioribus recognoscunt, ex privilegio quoipam competunt,  
quos vulgo *Pfund oder gebothene Zinsē:* ad differentiam illo-  
rum, dilata est impunis solutio, nuncupant: provenire so-  
lent, uti ab antiquo per *STATUTUM XX.* de anno 1306, his ver-  
bis: *Dass jukünftig Krieg bewahret werde (b.e. ut im posterum  
de hoc non disputetur) so soll kein Freyzi[n]g seyn, dann den man  
giebt auf des Erb[ischofs] von Maynz Zisch (in Basilica S. Severi  
& Templo Mercatorum quondam, bode in Curia Mogunt.) oder des  
Probsts (ad rubram januam ut voc. von unser lieben Frauen) aber als  
lesley andere Zinsē soll Erbzins seyn oder heißen. & hodie per Grey  
Zins-Ordnung noviss. de publ. Erf. d. 13. April. a. 1708. Tit. fin. XIIX.  
in verbis: *Nachdem auch einige Privat-Personen sich unterstanden  
von ihren Zinsen eben das Lehn-Geld/Schreib- und Auflaß-Gebühr,  
so man bey unsern Küchenmeister-Amt zu zahlen schuldig ist zu  
præ-**

prætendiren, wörüber die Unterthanen sich dann und wann nicht wenig flagend beschweret haben: Als wollen Wir hiermit, daß solches führerin gänlich abgestellter seyn, und außer denensigen, so Pfund-Zinse haben, und uns davon Fren-Zinse geben müssen, sonst niemand dergleichen Lehn-Recht prætendiren, vielweniger exigiren solle. sanctum.

## §. VII.

Quod autem census mere privatos attinet, ratione ho-<sup>10</sup> horum finrum mandato Eminentiss. & Clementiss. Archi-Episcopi & gularia. Electoris Mogunt. Damian. Hardarti piissimæ mem. à Revere-  
rendiss. & Illustriss. quondam gratiosiss. Anselm. Francisco  
Fridérico de Ingelheim Pro-Principe nostro, ORDINATIO  
CENSVAL. d. 3. Febr. an. 1676. hic loci publicata: qua statu-  
tum: quod censitus censum non solum debito tempore &  
bona qualitate, sive sit census pecuniarius, sive fructuarius,  
sive ex animalculis consistens, & quidem illum in mone-  
ta cujusque generis proba, istum, prout singulis annis opti-  
mum excrerebit, hunc denique per sana & pro ætate sua in-  
tegra, solvi debeat, §. 1. dict. Ord. Cens. sed etiam vi §. 2. d. Ord.  
heredibus interdictum, ne post censiti obitum, cum ad fami-  
liam proceditur hercifundam, res censuarias in partes aequo  
minutiores inter se distrahant, nec v. g. agellum fortè unicum  
(einen eingeln Acker) in partes tres, quatuor vel plures disser-  
pant: nisi vires hereditatis id aliter exposcant: & acquirens  
censiticum corpus, intra mensem, soluto relaxationis & in-  
scriptionis grosslo, in codices censuiales: (in das Zins- oder Erb-  
Register) ut referatur, sub poena i Flor. curare debet: quo  
facto promittit, rem censuariam sibi tradendam salvam, sar-  
tam atque tectam se conservare, & illa ex fide boni patris  
familias uti frui velle. §. 4. & §. 6. Ord. ibi: Soll ein jeder  
die Güther beysammen in guten Bau- und Besserung erhalten,  
damit dem Lehn-Herren sein Erbzins-Guth, auf den Fall es begeh-  
ret wird, von den Zins-Mann (der es in alle Wege zu thun  
schuldig ist) aezeiget, und also unverändert bey seinen rechten Lehn-  
Herrn in esse erhalten werden könne. Alia, ut illis tantum  
censuum solutio pro parte imponatur, quibus censuaria res

I

&amp;

& portio ejusdem aliqua obvenit, §. 3. b. nec bona censitica & census defraudentur, nec vero censitori quod suum erat, dolose intercipiantur, §. 6. b. neque falsum eligant censitorem, §. 7. b. Ord. Cens. æquitas naturalis & regula juris : Pacta dant legem contractus: & quæ ab initio sunt voluntatis, ex post fiunt necessitatis : docet. de quibus latius Dn. ZIEGLER in Disser. inaug. nuperimè sub præf. Magnif. Dn. Strecker. de censu, per libros censuales probatione, differuit.

## TITVL. IV.

## De jure hospitiorum: Vom Gast-Rechte.

## §. I.

IV. rat. Jur. hospit. **S**icuti cives nostri Ersurenses in universum ferè hospitales: nobis tamen hic tantum sermo erit, de hospitibus illis acti-  
vis, qui aliquem peregrinum: **Einen Gast:** qui domo profectus est, & peregrinatur, L. 7. C. de Incol. indeque das Gast-Recht: quod in favorem peregrinorum inductum est: pro mercede in hospitium recipiunt: alias caupo, tabernarius, stabularius, germ: **Ein Wirth** dict. probabiliter à marten expectare sive curare: utrumque enim subiecto convenit, **Gast, Geber, Gaſt** **Wirth:** & describi potest, quod sit homo, publica diversoria, ad recipiendos hospites passivos, qui pretium pro prandio, cœnâ, pabulatione & hospitio solvere tenentur, exercens. L. §. ff. Naut. Caup. Stab. vid. RHEU. de hospitat. c. 1. pr. tot. Ho-  
spitium dicunt alias & quatenus locum denotat, mansio, L. 12.  
§. 10. ibi GOTHOFRED. ff. de munerib. & honor. taberna, cau-  
pona, diversorium, stabulum, L. 29. pr. C. ad L. Jul. de adult. L.  
198. d. V. S. nos vernaculo nostro idiomate: **Ein Gast, Hoff,**  
**Wirths-Haus,** Schenken, Herberge i. e. receptaculum com-  
mune, ab Heer quod commune: BESOLD. Lib. I. Polit. 12. n. 4.  
& bergen: quod idem est ac recipere, celare: datinne sich ein  
jederman bergen kan ab injuria scil. cœli, hominum &c. alias  
metuenda; quomodo & domus cuique sua tutissimum rece-  
ptaculum prohibetur. vid. LIMXÆ. Lib. IV. Jur. Publ. c. 2. n.  
3. & Lib. VII. c. 1. n. 12.

§. II.

## §. II.

Quoniam autem hospitii seu receptaculi erigendi permissione: **Wirthschaft, Wein- und Bierschenken** anzuordnen: regalibus annumeratur: **BESOLD. d. l. v. b. Gast.** Ita hospitium illi exercere nequeunt, qui jura civitatis non habent i. e. qui cives nostri non sunt, aut juramentum vulgo den **Bürger.** End debitum magistratu non præstiterunt: est enim exercitium hospitalitatis publicæ civilis negotiatio: eine **Bürgerliche Nahrung:** caupones igitur schedulam receptorum advenarum nomina continentem, supremo militum Praefecto generalissimo nostro: dem **Herrn Stadt- und Festungs- Commandanten:** singulis diebus exhibere tenentur: conf. **KNIPSCHILD. de Jur. Civit. Imper. Lib. V. c. 261. n. 29.**

## §. III.

Nostris officiis jam non esse putamus, ut officia hospitalium activorum, alias nota, recenseamus, cum constat: quod illi nonsolum obligentur, hospitem pallivum seu advenam defendere, cibum ac potum cum hospitatione, pro pretio aequo præbere, verum etiam res ab hospite passivo illatas diligenter custodiare debent: vid. t. tit. ff. **Naut. Caup. Stab. ut recepta restit.** ita levato quasi velo addo: quod licet variae secundum Jus civile dentur hospitalibus passivis contra hospites activos actiones, ut injuriarum, furti, L. Aquiliæ, depositi, locati, si sc. merces intervenierit: **SCHNEIDEW. ad §. 3. J. de oblig. que quasi ex del. & duæ extraordinariæ, nimirum de receptis L. 1. §. 3. Naut. Caup. & in factum; L. 6. §. 3. & L. 1. pr. ff. ibid. L. 5. §. f. de O. & A. nobis tamen adhuc peculiare & extraordinarium viget remedium momentanei & citissimi judicij genus, ab Eminentissimo LLtore nostro vi **ORDINAT.** **PROCESS. nov. Tit. XXXIV.** in favorem peregrinorum inductum, quod vocatur **das Gast-Gericht:** quando scil. in gratiam divertientium summarissimâ viâ, brevissimis prefixis terminis, de die in diem: von einem Sonnenchein zum andern: proceditur, vid. all. tit. ibi: innerhalb **Gast-Gerichts-Grafs,** das ist inwendig 24. Stunden. conf. **BESOLD. in Thesaur. pract. v. Gast-Recht.** **WEHNER. in Observ. theor. Pract. ead. voc.****

## §. IV.

Datur igitur nostrum remedium viatoribus, peregrinis, seu hospitibus passivis, contra cauponarum seu stabulorum exercitores, nec non contra alios cives, quibuscum res erit: non autem peregrino contra peregrinum: ORD. PROC. noviss. all. Tit. XXXIV. ibi: *Das Gast-Gerichtie wird allein einem Fremden wieder einen Bürger allhier, nicht aber einem Fremden wieder den andern . . . verstatet.* privilegiatus enim contra aequum privilegiatum jure suo non utitur, L. II. s. 6. ff. de Minorib. ita tamen, ut justitia & modus procedendi summa-rius, nisi quod spatium XXIV. horarum alias ambages dirimatur, in universum exacte obseretur; Sicut igitur vi ORDIN. PROC. all. Tit. V. ante omnia, & antequam partes ad processum ipsum deveniant, per Commissarios, amicabilis compo-sitio tentanda, ita etiam nostro in Processu hoc Judicii incumbit Tit. XXXIV. all. ibi: *Dass wann zwischen den Parthen die Güthe Anfangs mit Fleiß gesucht, aber nicht versänglich ist. ic. ic. ad eam tamen nemo compellendus:* Tit. V. ORD. PROC. all. jedoch mit der Bescheidenheit gesucher werden, dass auf den Fall, da die Parthen sich darzu nicht bequemen wollen, niemanden der ordentliche Weg Rechens versaget ic. & in nostro Processu Tit. XXXIV. legimus: *Die Güthe . . . gesucht, aber nicht versänglich ist, der Fremde den Bürger ein Gebot thun lässt. ic. Pax enim est bonum persuasibile non compulsibile, & via procedendi nemini clausa, sed omnibus aperta esse debet.* Cum autem sincerus noster procedendi modus separata-rius requireret tractationem, ita ob paginarum angustiam, L. B. ad Practicos: BRVNNEMANN. Proc. Civ. & Cr. STRYCK. Prax. Forens. Dn. LUDOVICI Einleitung zum Pro-cessen & TEXTOR. Prax. Judiciarum aliquos remitto.

## Appendix.

## §. I.

De tutorum  
& curator.  
constitutione.

**O**lim quidem secundum LL. Romanas in civitate Roma-na à Prætore urbano, cum is proprius civium Roman-ius Judex esset, & à maiore parte Tribunorum, ex L. Attilia

lia dabatur tutor. §. 2. *J. de Attil. tut.* Apud nos vero hodie nec Dn. Prætor urbanus, nec Judicium Provinciale nostrum, sed mandato Eminentissimi & Celsissimi Archi-Episcopi Eleitoris Moguntini, Principis ac Domini nostri Clementissimi, Magistratus civicus, constituto separato tutelarum & curatellarum causarum Judicio, cui Senatus Dn. Syndicus consulendo præfet, & duo ex ordine Senatorio electi officiales assident, masculis puberibus & foeminae viripotentibus, nec non XXI. annis minoribus, itemque infantibus, furiosis & prodigiis, tutores & resp. curatores, in pleno plerūmque Senatus confessu creat & confirmat, eisque sub cautione de fideli pupilli vel curandi defensione & bonorum administratione, tutela aut cura creditur: hinc coram Senatu jusjurandum præstare obstricti sunt, se quicquid utile erit pupillo aut minori, curaturos, cauturosque, quicquid damnosum.

## S. II.

Intactum relinquere non possumus, quod hic loci foeminae, sive sint coelibes sive maritatae, annis XXI. maiores, (hic privilegium. Fœminatum enim nobis est terminus minorenitatis, tam in masculis quam foeminis, per ORDINATIONEM POLITICAM Erfurt. de ann. 1584. art. 15. §. 2. vers. Vann nun ic. in INSTRUCTIONE officii tutelari d. anno 1707. §. 6. confirmata, & per continuam consuetudinem & observantiam introductus) absque consentiu curatoris, omnes contractus firmiter celebrare possint, vi MANDATI ILLVSTRISS. REGIMINIS de dato Erfurth d. 19. Octobr. an. 1706. ibi: Gestalten hiermit denen Weibern freigelassen wird, ohne Zuthuung einiges Curatoris zu handeln und zu mandeln. Quinimo foeminae cambiali jure, hic loci & usi repto, se se validè obligare possunt: infero.

## S. III.

Quod denique quantitatem usurarum attinet, juri Rom. De usuris. & Recessibus Imperii ( quibus quinque pro cento tantum permittuntur, ita ut quicquid ultra quinque promissum vel solutum sit, tanquam usurariam pravitatem sapiens, aut non præstandum, aut ut indebitum repetendum. vid. R. 21. de an. 1600.

1600. §. So viel nun 139. & R. A. de an. 1654. §. Anreichend  
174.) hic Erfurti etiam, ut in Saxonia, Brandenburgia, aliis-  
que Provinciis, derogatum, & nobis usurae semifiales tolerun-  
tur: hae tamen obseruantia & moderamine, ut, licet semi-  
fiales stipulate, nec tamen particulariter soluta, in Judiciis  
nostris tantum quinque adjudicentur, soluta vero quotannis  
sive particulariter, ut indebitum sorti nunquam detrahen-  
tur, nec ullo modo repeti possint, multo minus hoc casu  
poena usurariae pravitatis locum habere debeat; sic etiam  
ultra alterum tantum & in perpetuum currunt. conf. STRYCK.  
Tr. d. Cautel. Contract. S. II. c. I. §. 28. FINCKELTH. Obs. 40.  
per tot.

## §. IV.

Cetera jura theoretica hic Erfurti a Romanis petita, sub  
dispositione juris communis manent: vid. Supr. Proem. ibiq.

Dn. Stryckii all. Ord. Proc. Tit. I. §. 3. & assertum STRYCKII in U.Mff. Tit. de  
asseretur refel. Fidejuss. §. 14. allatum, miror, dum afferit: Erfurti singulariter  
statutum esse: quod heredes ex fidejussione patris non tene-  
rentur: de hae enim sanctione speciali nihil planè extat, nisi  
quod in statutis Senatus vetustiss. de an 1337. Stat. XC. dica-  
tur: Würde ein Mann erforderl umb Bürgwoch, nun stirbt der  
Mann, darnach soll die Forderung tott seyn, und soll auf niemand  
erben. Sed hoc statutum non de fidejussione omni in genere,

sed tantum de fidejussionibus illis, qui pro reis in causis crimi-  
nalibus, se se interponunt, loquitur, ut RENNEMANN. a. I. M.  
H. Diff. 36. §. 8. n. e. pag. 398. benè notat, & hodiè insuper  
statuta illa Senatus vetustissima, per Ord. Jud. Tit. I. §. 3. &  
contrariam quotidiana observantiam penitus exterminata  
sunt, & in hodierna praxi uti in aliis, in nostris statutis nov.  
omissis casibus, ita & in hoc, secundum jus commune Rom.  
quod fidejussiones omnino ad haredes transeunt, sententio-  
natur.

## §. V.

Et haec de civitate Erfurtensi hujusque jure singulari in  
communi vita & foro frequentissimis pariter & utilissimis:  
quod quidem ob largitatem materiarum, præprimis si ea,  
qua

## Conclusio.

quæ practica & stylum curiæ simplicissimum & processum  
judiciarium nostrum concernunt planissimum, formamque  
praescribunt, adjiceremus, prolixius tractari potuisset; sed ne  
fines Dissertationis egrediantur, potiora saltē protulisse  
sufficiat. Deo autem T. O. M. cuius gratia hoc ipsum per-  
fecimus, grates solvimus immortales, ejusque directioni  
ulteriori nostros conatus ac labores concre-  
dimus.

### T A N T V M.

## COROLLARIA.

- I. In statutis successionum à jure communi exorbitantibus, non sit extensio ad casum non expressum, vel ad personam non expressam, neque ex verisimilitudine, neque ex majoritate rationis, multo minus ex conjecturis.
- II. Nomine matris maximè in statutis non venit neverca; Hinc
- III. Neverca sterilis statutis Erfurtensibus à liberis primi matrimonii existentibus à successione excluditur.
- IV. In casu tamen inopie illi Nov. 53. c. 6. & Nov. 117. c. 5. pro numero liberorum aut quartam, aut portionem virilem attribuunt.
- V. Afferens autem d. Nov. 53. c. 6. esse corretam per Nov. 117. c. 5. ita, ut nullus amplius

plius ad casum inopia habeatur respectus, & contra mentem & verba legis clarissima impingit.

VI. Noverca divites parentes habens pro inope non habetur, adeoque portionem legalem frustra petit, & dissentiens pro stabilienda sententia contraria, pessime se fundat in L. Pretia rerum. 63. pr. ff. ad L. Falcid. & in remotissimo interiūs paternorum bonorum periculo.

VII. Noverca inops omnia ad congruam sufflationem non sufficientia, quæ vel propria habet, aut à marito aut aliter quacunque modo ante mortem defuncti mariti acquisivit, quariae aut portioni virili imputare tenetur.

VIII. Pater filiam etiam emancipatam in casu inopie & alere & dotare, est obligatus.

IX. Judicio inferiori de consuetudine aut obseruantia loci coram superiore attestanti, plena fides habetur.



**ULB Halle**  
005 355 664

3





B.I.G.



1733, 15

29. a

16

DISSERTATIO IN AVGVRALIS JURIDICA,

DE

# JVRE CIVITATIS ERFVRTENSIS SINGVLARI,

QVAM

MAGNIFICO VNIVERSITATIS RECTORE,  
PRÆNOBILI ET CONSVLTISSIMO

DN. TOBIA JAC. REINHARTH,

JCTO, SACRI PALATHI CÆSAR. COMITE, JVRID. FACVLT. ASSESSORE,  
ET PROFESS. COD. PVBL. ORDIN. CIVITAT. STNDICO  
ET CONSULE,

EX ILLVSTRISS. ORDINIS JCTORVM  
AVCTORITATE ET PERMISSV

PRÆSIDE

FACVLTATIS JVRIDICÆ DECANO,

DN. CONRADO WILH. Stredfer/JCTo,  
PRAEFATÆ FACVLT. ET JVD. ELECT. PROVINC. ASSESSORE, PROFESSORE  
JVRIS PVBLICO, NEC NON CIVITATIS STNDICO ET CAVSA-  
RVM TVTELAR. CONSVENTE,

PRO GRADV DOCTORIS

ET SVMMIS IN UTROQUE JVRE HONORIBVS AC PRIVILEGIIS  
DOCTORALIBVS RITE CAPESENDIS,

PVBLICO ERUDITORVM EXAMINI

IN ELECTORALI PERANTIQUA HIERANA

AD DIEM XVI. OCTOBRIS, A. MDCC XXXIII.

IN AUDITORIO JCTORVM MAJORI HORIS CONSVENTIS

SUBMITTET

AVTOR

JOHANN. CAROL. Schneider/ dict. Weißmantel/ Erf.

MOGVNT. REGIMINIS ILLVSTR. ERFVRT. ADVOCATVS.

ERFRVRTI, Typis JOH. CHRIST. HERINGII, Acad. Typogr.